* *Et ſic lavamus Laccam, vt ſit minùs ſolutiva, & remaneat, vt ſit oppilationum aperitiua, &c.* Laccæ lotionem noſtra pharmacopæa & libro primo, quem Latina lingua typis excuſum ad lucem edidimus, Arabum ſententiam ſequentes, ſcripſimus. Nunc quidem tanquam de re ab eis ignota, à longæ experientiæ ratione ducti, alioqui de eius lotione aſſerendum eſſe operæ pretium fuiſſe, (vt veritas elucefcat) recogitavimus. Ideoque duabus præcipuis rationibus decoctum quo abluitur, effundendum minimè eſſe, ſed cum ipſa Lacca ſiccandum ſimul, conſilium noſtrum eſt. Et prima ratio eſt, quia virtus, quam lacryma hæc aperiendi oppilationes habet, in ſuptili ipſius parte conſidet, quæ effuſione decocti etiam effunditur. Secunda, quia ſi decoctum ipſum effunditur, nullã eius virtutem, quæ obſtructiones aperiendi facultatem habeat, Laccæ præſtabit. Qui enim decoctum defundunt, Laccæ ipſius naturam ignorant; nam quidquid ſyncerum, ac præſtantius in ea eſt, & ad obſtructiones aperiendas magis idoneum, abijciunt, & eius partem adſtringentem, quæ ab aperiente contraria ad vſum obſervant. Quarum rerum ratione ſi noſtra ſententia multifit, in hunc modum præparanda. Recipe Rhabarbari electiſsimi, Ariſtolochiæ longæ, Schænanti, ana vncias duas, coquantur (vt Ars docet) aquæ Fontanæ puriſsimæ libris tribus ad dimidij conſumptionem, & ab igne ſemota donec refrigerata ipſa decoctio ſit, vt requieſcat, ſinenda: tunc coletur. Hoc factum cum ſit, accipe Laccæ electiſsimæ à ſurculoſis lignis, & omni ſpuricitia ſeparatæ quantitatem quam volueris, eamque ſubtiliſsimè tere, & in vas vitreum, vel terreum viteatrum amplum inijce: & pro qualibet vncia Laccæ decoctionis vncias duas ſuperinijce, & lineo raro tecto multoties ſpatha movendo, æſtatis tempore prope ſolis radios reſiccetur, & anteaquam omnino arida ſit, ipſam in Trochiſcos forma, & vaſe vitreo ad vſum obſerva. Sed ò bone Deus, iam enim mentis auribus audio Pharmacopæorum turbam animo damnifico dicentem, Aliter author hic ſuis libris ſcripſit; cui ita reſpondeo. Difficile enim eſt, vt qui homo eſt, non in multis peccet, quędam videlicet penitus ignorando, quędam verò malè iudicando, quędam tandem negligentiùs ſcriptis mandando. Multò enim ſapientia & prudentia ab ignorantia diſtant: nam cùm cęca ignorantia ſuę inſipientiæ in foveam cadit, nũquum aſſurgit: & ratio eſt, quia omni tempore certę ac verę vię reditum ignorat. Vnde vetus verbum occaſionem habuit: Hominum eſt errare, nullius niſi inſipientis perſeverare in errore. Proprium namque prudentiæ, & ſapientiæ eſt, in aliud melius conſilium mutare. Ideoque malo veritati cedere, quam inſipienti pertinacia (vt multi faciunt falſa tueri. Adquid obſecro decoctum cum Lacca inijciendum, ſi ab ea abijciendum? adquid Lacca ipſa oppilationibus præbenda, ſi pars eius, quæ obſtructiones aperit ſimul cum decocto abijcitur? Decocto enim Lacca imbibito, obſtructiones aperiendi ipſius facultas auget, ideòque fit minùs ſolutiva, & magis (vt inquit Meſue) oppilationum aperitiva.

Prudentia, & ſapiẽtia multum ad ignorantiã diſtant.

Aloes lotiones.

*Et lauamus Aloem, non lotus enim magis laxat, & minus confortat membra nutritionis, lotus facit contrarius, &c.* Varijs, ac diverſis rationibus lavatur Aloe, quarum quinque antea præcipuas ſcripſimus, nunc ad ſeptem aſ-

aſcendemus. Lavatur etiam varijs liquoribus, vt aqua pluviali, fontana, diverſis decoctis, ac mucaginibus. Cùm aqua communi triplici ratione, ſcilicet, vt munda, aut minus expurgans, aut non expurgans reddatur. Cùm aromatum decoctione duplici cauſa, ſcilicet, vt tarditas, quam purgandi habet (vt decet) acceleretur, vel vt magis ſtomachum roboret, & minus aluum ſub ducat. Cùm decocto valenter purgantium, vt Agarici, Turpeti, vt purgatior evadat. Cum mucagine Bdelij, vel Tragacanthi, vt venarum ora nan aperiat, vt earundem ſanguis non effluat.

Cur lavatur Aloe aromatum decoctione.

Cauſam lotionis, vt mundi fiat, Dioſcorides cap. 25. lib. 3. ſcripſit, ita dicens: *Lavatur, vt quod ſit arenoſiſſimum, tanquam inutile ſubſideat, & leve, ac pinguiſsimum aſſumatur.* Actuarius vero ad ſpurcitiam ſeparandam, tractatu cuius titulus eſt. De coniunctis humoribus purgandis præcepta, libro de medicamentorum compoſitione Aloes lotionem ita ſcriptam reliquit. *Tritamquè prius eluant, & in aquam mittentes ſubſidere ſinant: dein emergentem ſumatim aquam cum ea, quæ ſupernatat ſpurcitia, vel ſorde, quæ exiſtit humori, effundunt: hoc idem opus iterum atque iterum obeunt: vbi ſufficienter laveris, &c.* Sed nec Dioſcorides ordinem integrū ablutionis eius nos docuit, nec Actuarius varietatem ſubſtantiarum Aloes ipſius obtinuit; nam nullam eiuſmet partem cū aqua miſceri poſſe intellexit: ideoque inquit. Et in aquam mittentes ſubſidere ſinant, dein emergentem ſummatim aquam cum ea, quæ ſupernatat ſpurcitia, vel ſorde, quæ exiſtit humori, effundunt. Ideoquè doctrinam lotionis eius (vt munda fiat) cum reliquis ſcribere, viſum mihi fuit.

Accipe Aloes quantitatem quam volueris, quam tere, & cerniculo craſſiore excute: mox in vas lati oris, & magnum, cuique inſit aquæ pluvialis, vel fontanæ puriſsimæ calfactę ſatis copia, ſcilicet, ad Aloes pondus tripla, infundito: rudicula lignea, vel ſpatha per ſpatium quartæ horæ partis concita, vt vnaquæque Aloes particula aquā poſsit contingere. Deinde quieſcere finito, vt arenoſis in vaſis fundo ſubſideat, & pingue, ac reſinoſum coniungatur. Hoc factum cum ſit, cochleario argenteo, quod reſinoſum ſubtrahe: & in aliud vas, quod aqua diſſolutum eſt, denſo colo cola, vt ſpurcitia levis, quæ liquore ſupernatat, in ipſomet colo remaneat. Quam ita colatam ſolis radijs fervētis amplo vaſo, latiquè oris æſtatis tempore, linteolo raro tecto, multoties movendo, donec reſiccetur, reponito: cui cùm mellis ſpiſsitudinem habuerit, quod reſinoſum ab ea ſeparatum ſit, miſce; poſteà vaſe vitreo in magdaleones, vel trochiſcos forma ta ad vſumquè obſerva. Hæc prima lotio Aloes verè lavatio dicitur, nam eius ratione ab ipſa partes immundæ, & alienæ ſeparantur: reliquę lato modo, vel impropriè lotiones appellantur.

Aloes lotio vt munda fiat, quomodo facieda.

Lavatio ſecunda fit, vt Aloe ipſa minus ſolutiva efficiatur, quam lotionem (& ſi quantitatem aquæ, & numerum lotionem non ſignavit) ex Lamponis Peluſiotę doctrina, & Andromachi Galenus, cap. 2. lib. 8. de Compoſitione pharmacorum ſecundū locos, ita ſcripſit. *Et accepta Aloes Indicæ libra vna, aquam pluviam ſuperfundito, & ſub caniculæ æſtu, donec reſiccetur, terito, atque vbi plurimum per hanc aquam* (id eſt, Aloemhanc dulcamaram, vel dulciter amarā reddas) *poſteà eam, quæ ab aromatis excolata eſt, aquam effundito, &c.* Hac lotione aqua non effundēda eſt, ſed vt de prima di ctum eſt, cum Aloe ſimul ſiccanda. Vt hoc ita fiat, ex Galen. verbis evidēter apparet, nam eiſdem verbis, eodemque lotionem, quæ aromatum decoc tione fit, efficiendam eſſe aſſerit, ita dicens: *Poſtea eam, quæ ab aromatis excolata eſt, aquam effundito, & in ſole, donec reſiccetur, terito.* Ergo ſi quan do, cum aqua abluitur, inquit. Et ſub Caniculæ æſtu, donec reſiccetur, terito; & agens de lotione, quæ cum de-

Secunda lavatio, quæ fit cū aqua.

Ita Græcus codex impēſis viduę Arnoldi Birkmani anno 1549. typis excuſus habet vnde Hieronymus Mercur. lib. 3. cap. 10. de pilulis. Nō quod dulcio (inquit) vnquā evadat, ſed vſquequo ingratiſſima illa amarities obtundatur.

decoctione aromatum fit, Et in ſole donec reſiccetur, terito: aut effundendum decoctum, aut non effundenda aqua, qua lavatur, vt fiat Aloe minus ſolutiva? Non effundendum decoctum; ergo non effundenda aqua. Aqua enim ſua frigiditate Aloes caliditatem, ſuaque humiditate ipſius ſiccitatem corrigit, atque effrenat: (nam mixtione eorum, quæ temperatura ſunt contraria, medicamenta corriguntur) ideo poſt lotionem iſtam minus ſolvens Aloes ipſa efficitur: & hoc eſt, quod Authoribus dictis deſideratur, & nõ quod omnem ſuam facultatem purgatricem ad hieram ſimplicem parandam deponat, vt ſequenti lotione patebit. Ideo Meſue, Lavatur, inquit, non lotus enim magis laxat, &c. Sed non affirmat, quod lota Aloe non ſolvit. Lavetur ter eodem ad Aloem pondere aquæ.

Aloes tertia lotio cũ aqua communi.

Lavatio tertia Aloes, vt ei, quod ſolventis facultatis ineſt, à corroborante ſecernatur. Huius lotionis Author eſt Galen. lib. 3. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, cap. 15. vbi ita inquit: *Et in Aloe miſtam ineſſe facultatem colligere. Ac ſi quod ex ea purgat, ab eo quod non purgat, ſegregari poſſet, non etiam admiratione afficeret; quamquam id ſane quodammodo præſtari queat. Nam ſi Aloe accurate lavetur, aut debiliter, aut plane nihil ventrem ſubducit. Idem vſu venit æris ſquammæ, ærique vſto: quippe quæ nos diligenter elota obſcuram modo purgandi vim retinuiſſe ſumus experti, &c.* Quibus verbis rationem, qua abluitur Aloe, quando aqua effunditur, quæ eſt, vt non ſolvat, aperte ſatis demonſtrat. Ideoque cum inſtitutum authorum eſt, ſeparare expurgantem à corroborante facultatem, aquam vna cum purgatrice Aloes viiaciunt. Vnde Serapio Galeni verba referens cap. 201. lib. Simplicium, ita inquit: *Et dixi alibi iterum, quod ſiccat oculos humidos; & dixi in tertio medicinarum ſimplicium, quod Aloe quando lavatur lavatione forti, aut non laxat, aut laxat debiliter* (& reddens rationem ait) *quoniam id, quod in ea eſt de virtute laxativa, abluitur, & ſeparatur ab ea, &c.* Si vna lotione forti (vt Serapionis ipſius verbis vtar) id Aloe evenit, plurimis lotionibus, rationi conſonum erit, vt virtutem omnem purgatricem amittat. Ideoque, vt de prima dictum eſt, ter qua terque abluatur, ſed aquam, & quod in ea expurgans eſt, ſemper infundendo, ſitque aquæ vnaquaque vice ad Aloes pondus tripla. Nonnulli, è quorum numero Mercur. loco iam citato eſt, ſepties, octies, & decies ad hanc rationem abluunt; ſed ſi cum aqua bene ſubigitur, tertia, aut quarta lotio ſufficit. Non deſunt huius ævi Pharmacopæi quidam, qui quadam mentis obſcura caligine, lotionem hanc cum ea quæ fit, vt Aloe fiat minus ſolutiva, & non effuſa aqua pluviali, ſed ad modum nutritionis facienda eſt, turpiter cõfundunt: quibus parce Domine, nam quid faciunt minime ſciunt.

Aloes lotio aromatum decocto duplici cauſa fit.

Aloe enim aromatum cum decoctione duplici ratione lavatur, ſcilicet, vt purgandi celeritatem acquirat, vel vt potentius roboret partes nutritorias, minuſque aluum ſubducat. Ad vero ad purgandi celeritatem, ſi munda, & electa (vt decet) eſt, lotione non eget, ſed decocti aromatum nutritione, ſeu imbibitione. Quem præparationis modum Meſue Sectionis ſecundæ capite primo, ita ſcriptum reliquit: *Acquirimus enim ei citam, & facilem operationem rationem cum ſpeciebus aleſanginis ſubtilibus, & acumen habentibus: Sicut, verbi gratia, cum Mace, Nuce muſcata, Cinnamomo, Spica, Calamo aromatico, Cubeba, Squinanto, Aſſaro, Maſthice, Gariofilis; de quibus partes æquales, & Croci pars media. Bulliant in ſextuplo earum aquæ vſque ad tertiam eius cum facilitate: & accipere per quamlibet libram illius aquæ Aloes vncias ſex, & permitte ſiccari in vmbra prius, & perfice exiccationem eius.*

Aloes cum aromatum decocto lavatio ſecunda.

Huiuſmodi abluenda eſt aromatum decocto, vt magis roboret, & minus

nus ſolvat: ſed accipienda eſt ea, quæ aqua pluviali lota eſt, vt ſecundo modo lotionis eius diximus, dupla aqua, ter lota, ſeu nutrita; nam hęc, facta collatione cum ea, quæ non lota eſt, minus laxat, & addito aromatum decocto (quia vis corroborans addita eſt vi corroboranti) magis cõfortat, & minus purgat. Ideo Galenus libro 7. Methodi, cap. 11. inquit: *Hæc itaque non lota valentius evacuat, elota purgat quidem minus, ſed roborat ventriculum magis.* Nonnulli, vt refert Galenus cap. 2. lib. 8. de Comp. Pharm. ſecundum locos iam citato, abluendam eſſe volunt: ſed cum ſimilem fere facultatẽ decoctiones, quas ipſemet, & Meſue ſcripſere, habeant, ex cuiuſvis eorum authoritate mea ſententia ablui poteſt. Quam Galenus lotionem ſcripſit, ſequens eſt: *Secundum* (inquit) *à præſcripta compoſitione Andromachus ſic ad verbum tradit, vt Lampon Peluſiota, Cinnamomi, Calami aromatici, Caſsiæ nigræ, Xylobalſami, Floris Iunci odorati, Palmæ elates, ſingulorum quadrantem, alij vnciam vnam. Omnia in craſſas partes tuſa in ollam novam conijce, & aquæ pluviæ ſextarijs tribus infuſis, donec dimidium ſuperſit, coque, & excola. Et accepta Aloes Indicæ libra vna, aquam pluviam ſufficientem ſuperfundito, & ſub caniculæ æſtu, donec reſiccetur, terito, atque vbi plurimum per hanc aquam Aloem ipſam dulcamarum addas: poſtea eam, quæ ab aromatis excolata eſt, aquã affundito, & in ſole, donec reſiccetur, terito.* Hactenus Galenus.

Aloes differentia ad hieras ſimplices parandas.

Nunc ad hieræ ſimplicis compoſitionem redeuntes, dupliciter præparandam fuiſſe ab antiquis vſum nobis eſt, ſcilicet, Aloe lota, & non lota. Verum noſſe operæ pretium eſt, vt magis ſolvat, non lotam præſtantiorem eſſe. Præterea cum eis, quibus ex ſtomacho caput dolet, prębenda nonaginta Aloes drachmis, & croci quinque, ad ægritudines alias, ſex croci drachmis paranda, & Aloes centum. Ad menſium obſtructiones, & vrinas movẽdas ſubtiliter eſt terẽda.

Hiera ſimplex quo-modo parã da eſt.

Crocũ quo modo terendum in cõpoſitionibus purgantibus.

Triplici ratione in hieris, quibus aluũ ſubducere conſilium eſt, & alijs pręcipue medicamentis, in quę cathartica deleteria ingrediũtur, Crocum craſsius terendum, ſcilicet, quia caput lędit, quia ad cor alia medicamina permeare facit, & quia ex medicinis eſt, quę corroborandi, et digerendi vim habent. Quod lędat caput patet ex Galen. doctrina, cap. 1. lib. 2. de Comp. Pharm. ſecundum locos, tract. de eis qui ex ſtomacho caput dolent, vbi agens de hiera ſimplici, ita inquit: *Quin & perpauciorem aliquando crocum, propterea quod quidam ex eius vſu capite læduntur, quod ipſum ſæpe ex ſolo croci odore perpetimur. Quare optima eius fuerit compoſitio, quæ ex Aloes drachmis nonaginta, & croci drachmis quinque conſtat, hac ego vtor.* Hactenus Galenus. Ætius enim retrab, & ſermone 2. cap. 46. de his medicaminibus, quę ex natura capitis dolorem inducunt, ita ſcripſit: *Mentem verò perturbant Lentiſci fructus, crocus, peucedanum, &c.* Crocum verò Authore Avicena lib. 5. c. 2. miſcetur medicinis, vt penetrent ad cor, quod etiam Serapio lib. Simpli. cap. 137. teſtatur. Inconſultum, ideò eſt mea ſententia, & ab omni ratione alienum, vt cathartica medicamenta ad cor ferantur, ſed è contra curandum, vt medicaminibus ſolvendo purgantibus, quę ipſum, & alias partes principes quadam proprietate roborent miſceantur. Cathartica enim omnia veneni participia ſunt, ideoquè cor præcipuè petunt, ac lędunt. In omni pretereà vacuatione operæ pretium eſt, vt cor in primis roboretur, quia Symptomata omnia, quæ corpori ſuccedunt, cor vt vitæ baſim primum infeſtant. Quarum rerum ratione in purgantibus compoſitis, crocum, quia (vt vehiculum) aliorum medicaminũ virtutes ad cor perducit, craſsius terendum eſt. Habet etiam corroborandi, & digerendi vim. Ideoquè curãdum eſt, vt ſimul cum ſimplicibus purgantibus in ventriculo maneat, vt non ſolùm ventriculum ipſum robo-

Crocum corroborandi vim habet.

 rare,

rare, ſed vt medicaminum purgantiũ actionem adiuvare aptiſsime poſsit. Dictam facultatem crocum habere, ex Serapionis authoritate filij tractatu 7. de Antidotis, cap. 9. patet, qui rationem referens, cur in hieram ſimplicem ingreditur, ita inquit: *Et Crocus digerit, & confortat membra, & digeſtio eius eſt cũ æqualitate in caliditate, & confortat cum ſtipticitate, quæ eſt in eo, &c.* Quod Galenus antea lib. Simplic. 7. ſcripſit: *Proculdubio* (inquit cap. 25. lib. 1. Dioſcorides) *vim coquẽdi, emolliendi, atque ſubſtringendi habet, vrinam cit, &c.* Ideoque his, & rationibus antea dictis, expurgantibus, & ſtomathicis medicaminibus craſſius terendum, vt in ſtomacho moram faciat: in his quæ corroborant, vrinas movent, hepate, cerebro, reliquiſque corporis partibus, quæ longe ſunt ab ore diſsitæ, operationes ſuas faciunt, diſſolvendum, aut tenuiter magis, vel minus, vt loca & viæ, per quas tranſeundum, poſtulant, terendum.

Aloes lavatio cum decocto valẽter purgantium.

Lavatur etiam Aloe cum decocto valenter purgantium, vt magis ſolvat, quæ lavatio ita facienda. Accipe Turpeti libram vnam, quam in craſſas partes divide, & aquæ fontanæ libris quatuor, & ſemiſſe, ad libræ vnius cum dimidia conſumptionem, vt ars docet, decoque; poſt refrigerationem cola: cuius colaturæ libram vnam in Aloes libra dimidia per craſsius cribrum excuſſe inijce, ſoliſquè radijs, patina ſimul lineo raro tecta, quæ ampla ſit, rudicula lignea, vt æqualiter ſiccetur, aliquot movendo repone. Et cùm dicta decoctio ferè imbibita Aloe ipſa fuerit, & in magdaleones, vel Trochiſcos formari poſsit, fac ex ea Orbiculos, & poſt integram deſiccationem ad vſum obſerva. Huiuſmodi cum decocto Agarici, vel Collocynthidis præparanda eſt. Quæ dictæ decoctionis, & Aloes quantitates ex Meſues catapotijs de Aromaticis accipiendæ. Sed etſi doctrina hæc vera nimis eſt, nonnulli calumniatores, qui vera falſis miſcent, aliter ſentiunt, aiuntquè, non vna, & eadem quantitate diverſorum ſimpliplicium decoctionis faciendum præparationem hanc eſſe, nam ſimplicia, à quibus decoctio paratur hæc, maiorem, ac minorem purgandi vim habent. Sed hi cum modum ignorant, medicis ipſum (vt de eo iudicium faciant) deſinunt. Et Hercle ita rationem ignorantes, majorem, vel minorem ignorãt etiam doſim dandam (vt ita vis maior, & minor ipſius Aloes ſit) ægrotis eſſe, nam iam appropinquatum tempus eſt, quo Gallinagines te perducunt; Turdi de te garrulant, Perdices bicordes fallaceſque cacabant. Sed hæc miſſa faciamus, & ad aliam lotionem tranſgrediamur, nam ignorantes idem eſt, quod Æthiopes lavare, audaxquè ſemper inſipientia, & ideò elato animo loquitur.

Aloe cur mucaginibus *ablui*tur.

Lavatur mucaginibus Aloe, Bdellij, & Tragacanthi, vt non imprimat leſionem, & venarum ora aperiat, quibus ſanguis fluat, hoc modo. Accipe Bdellij, aut Tragachanthi, drachmas duodecim, quas quantitate ſufficiente aquæ Roſaceæ minutas in partes diviſas infunde, vt fiat ex eis mucago. Deinde Aloes puriſsimæ prima lotione lotæ, & per cribrum craſſum excuſſæ vncias decem, in vas amplum vitreatum inijce, & cum mucagine miſce, ſoliſque prope radios, donec ariditatem naſciſcantur, colloca: & ex eis forma Trochiſcos, vaſeque vitreo repone. Alij aliter hoc faciendum eſſe exiſtimant, ſed eis qui ſine ratione & authoritate loquuntur, nulla eſt danda fides.

Aloe quomodo ſucco roſarum abluitur, & infuſione Rhabarbari.

Abluitur Aloe ſucco Roſarum rubrarum, vel infuſione Rhabarbari, vt vires quas habent, in Aloem ipſam transferantur, quę recta pręparatio dicenda: fitque hoc modo. Recipe Aloes optimę, mundæ, & electæ vncias quatur: ſucci Roſarum rubrarum, vel infuſiones Rhabarbari vncias octo. Tere Aloen, & per craſſius cerniculum excute, & Maij menſe ſimul cum ſucco, vel infuſione ſolis radijs ſcutella vitrea, aut vitreata, linteo raro obturata, multoties mo-

movendo (vt æqualiter ſiccentur) ad ſucci, vel infuſionis conſumptionem inſoletur, ex quibus fere ſiccatis orbiculos finge, & vaſe vitreo loco frigido & ſicco ad vſum obſerva.

Radices aromaticæ non abluendæ.

*Siccantur radices expurgatæ inibi locis* ( authore Dioſcoride , præfatione lib.1.) *aſperginem non redolentibus:ſed quæ luto, aut pulvere ſunt obſitæ, aqua elui debent, &c.* Non omnes radices ablutionem ſuſtinent, ideoque quæ abluendæ, prout cuiuſque ipſarum natura,& medici ſcopus indicat.Ideo quædam ſemel,aliæ bis,aliæ ter,quaterque lavandæ. Sed quæ virtutem facile reſolubilem , vel aromaticam habent, minime abluendæ. Cuius rei ratione Dioſcorides ipſe cap.6.lib.1. agens de Nardi radicibus,ita inquit: *Intueri autem oportet, ſi lutum radicibus inſideat, & incerniculo pulverem excutere.* Hactenus Dioſcorides. Aſperis linteolis viſum nobis etiam eſt, poſt earum ſiccationem poſſe radices diligentiſsime à terra & omnibus ſordibus repurgari,ſi Aromaticæ fuerint, ne lotione de virtute ſua partem aliquam deponant.

Radices aromaticæ quomodo repurgādæ

Labatur Plumbum, authore Dioſcoride cap. 95. & 96. libri 5. ſcilicet non vſtum & vſtum. Ablutionē inuſti in hunc modum ſcripſit. *In mortarium plumbeum aquam inijcies , piſtillo plumbeo terito , donec nigreſcat aqua, & limi modo craſſeſcat, aut lutulenta reddatur : linteolo deinde colato, aquam ſuperfundens , quo facilius quidquid eſt reſolutum , incerni poſſit. Hoc iterum facito, vſque dum ſatis tibi habuiſſe videatur. Vbi conſederit, priore aqua effuſa, novam inijciens, vt cadmia lavato, donec nulla extet nigritia:poſtea in paſtillos cogens reponito.*

Plumbi lavatio, non vſti.

Plumbi vſti lotionem ita ſcriptam reliquit. *Plumbum vſtum lavatur vt Cadmia, & reconditur.*

Plumbi vſti lotio.

Cadmiam Dioſcorides ipſe poſt eius vſtionem ita lavandam eſſe cap. 85. lib. nunc citati ſcribit : *Lavatur autem in mortario trita, effuſa ſubinde aqua, dum ſordidum nihil emergat : deinde coacta in paſtillos reponitur.* De alijs ablutionibus ſuis locis diſſerendum nobis viſum fuit, nunc ad infuſionem rationem accedamus.

Cadmiæ lotio.

# DE INFVSIONVM ratione.

## MESVES TEXTVS.

*INquit Heben Meſue, Acquiritur bonitas medicinis per infuſionem. Quandoq; enim res nanciſcitur diſpoſitionem per illam, quandoque derelinquit eam in re, in qua infunditur.*

Infuſio ad quid.

### *EXPOSITIO.*

LA infuſion (dize Heben Meſue) haze mejores las medicinas, porque en razon della adquieren vna diſpoſicion, ò la dexan en la infuſion en que ſon infundidas.

## MESVES TEXTVS.

*ACquirit autem res diſpoſitionem per infuſionem: nam quandoque reprimitur aliquid de malitia ſua, ſicut verbi gratia, Abſcinditur ſuperficies acuminis, & ſerroſitatis ab Almezereon, & Alſcebram ex eorum infuſione in aceto: & ſicut Turbith infuſum in lacte nuper mulſo, & exiccatum rectificatur ab eo , & abſcinditur eſſe conturbativum.*

Infuſio malitiam medicaminā reprimit.

### *EXPOSITIO.*

ADquiere la medicina en razon de la infuſió cierta afeccion;porque

à la

à las vezes ſe le reprime algo de ſu malicia, aſsi como quando al Mezereon, y la Eſula ſe les reprime la agudeza ſuperficial y aſerrante, ſiendo infundidas en vinagre; y al Turbith, que infundido en leche recien ordeñada deſpues de ſeco, ſe le rectifica la malicia que tiene de cauſar perturbacion en el vientre.

## MESVES TEXTVS.

Infuſio medicamentis virtutẽ addit.

*ET Quandoque infuſio addit in virtute medicinæ: ſicut infunditur Turbith in ſucco Cucumeris aſinini, & magnificatur virtus eius in educendo materias à remotis. Et infunditur Hermodactylus in aceto Squillæ, aut ſucco eius, aut ſucco Raffani, & acquiritur eis virtus magna in iuncturis. Et infunditur Agaricus in Secaniabin, & fit vigoſior.*

## EXPOSITIO.

A Las vezes tambien la infuſiõ aumenta la virtud de la medicina, aſsi como quando ſe infunde el Turbith en el çumo del Cogombrillo amargo, que ſe acrecienta ſu virtud para purgar los humores de las partes longinquas: y el Hermodactyl que ſe infunde en vinagre Scillitico, ò en el çumo de la Cebolla Albarrana, ò en el del Rabano, adquiere grãde virtud para atraer de las junturas: y el Agarico, que infundido en Oxymiel, ſe haze mas vigoroſo.

## MESVES TEXTVS.

Infuſio facit medicamenta eſſe lubrica.

*ET quandoq; facit infuſio medicinã eſſe lubricam, ſicut quando imbibitur Collocynthida, & propriè interius eius in glutino Dragaganti, & facit ne adhæreat in villis ſtomachi, & pertranſeat, & non noceat ano & veſicæ; & ſicut infunditur Scammonea in oleo violato, & ſimilia.*

## EXPOSITIO.

TAmbien haze la infuſion à la medicina lubricativa, ò deſlizadora, como la pulpa de la Collocynthida, que embebida en el mucilago de la Alquitira, no ſe pega à los hilos delgados del eſtomago, y paſſa ſin dañar la vexiga, y el ſieſo: por eſta razon ſe infunde la Scammonea, y los ſemejantes en azeyte violado.

## MESVES TEXTVS.

*REl nquitur autem diſpoſitio rei per infuſionem in re, in quà infunditur: quandoque res humiditatem habentes recipiunt virtutem rei ſubmerſæ in ipſis: ſicut verbi gratia, infunditur Aloe in quibuſdam ſuccis acquirentibus poſt illud virtutem Aloes, & propinatur illa infuſio. Et fit illud propter multas vtilitates, vt rei virtus faciliùs penetret ad longinquas, ſicut infuſio Aloes in aquis ſpecierum Alefanginarum: aut vt minor fiat ſicut infunditur Scammonea ligata in panno in decoctione alicuius Rob, vel Syrupi: vt ſeparetur proprietas à proprietate, ſicut in infuſione Rheubarbari, & Mirabolanorum videmus. Separatur enim ab eis virtus ſolutionem faciens, & cadit in infuſione, remanente re contractionem faciente in reſiduo. Et quandoque non tantum virtus & proprietas cadit in infuſione, ſed etiam alicuius rei corpulentia, vt patet in infuſione Caßiæ, & Thamarindorum, & ſimilium.*

## EXPOSITIO.

DExa tambien la medicina que ſe infunde, ſu facultad en la infuſion en que es infundida: y à las vezes las coſas humidas, reciben la virtud de la medicina, que es infundida: aſsi como el Azibar que infundida en ciertos çumos, deſpues de aver recibido, por razon de la dicha infuſion, la virtud della, ſe dàn ellos miſmos; lo qual hazemos para diferentes vſos. O para que la virtud del medicamento paſſe

mas

mas preſto à las partes longinquas, aſsi como la infuſion que ſe haze del Azibar en las eſpecies oloroſas. A las vezes para que la virtud de la medicina ſe haga menor: aſsi como quando ſe infunde la Scammonea ligada en lienço en el cocimiento de algun Xarabe, ò Arrope. O para que vna facultad ſe aparte de otra, como lo vemos en el Rhabarbaro, y Myrabolanos, que ſe aparta dellos la virtud purgante, y paſſa en el licor, y queda ſola la parte aſtringente en el reſiduo. A las vezes no paſſa ſolamente la virtud, ò propiedad en la infuſion, mas tambien la corpulencia de algunos, como ſe echa de vèr en la infuſion de la Cañafiſtola, Thamarindos, y otros ſemejantes.

*ANNOTATIO III.*

Infuſio quid

INfuſio eſt tranſmutatio virtutis ſubtilis, & ſuperficiariæ, diverſo temporis ſpatio de re in rem facta.

Parum trita, vel inciſa (niſi flores, aut ſemina, & minuta alia ſint) liquore aliquo, magis, minuſve calfacto, tempore breviori, vel longiore, pro varia eorum ſubſtantia, & natura, medicamenta infunduntur.

Infuſio quibus liquoribus fit.

Liquores quibus infundenda pro varijs ſcopis diverſi, vt aqua fontana, pluvia, marina, deſtillatitia, lac, ſerum eius, vinum, acetum, vel alterius rei medicamentoſæ ſuccus ſunt.

Infuſionum ſcopi.

Tres præcipuè ſcopos infuſionis Meſue regulis nunc tranſactis ſcripſi, etſi alij ad maiorem numerum aſcenderint.

Medicamenta quæ craſſam, & non facile exhalabilem, vel in profundo poſitam ſubſtantiam habent, liquore magis calfacto, & longiori temporis ſpatio indigent.

Rhabarbari drachma Agarici, Colocynthidis, Myrabolanorum qua liquoris quantitate infundenda.

Rhabarbari drachmam ad infundendam tres liquoris vncię, Myrabolanorum quia minorem locum occupant, duę ſemiſſæ: Agarici, & Collocynthidis quia parvo pondere maiorem molem, vnciæ quatuor reſpondent.

Liquoris quãtitas ad diverſa medicamenta infundenda.

Medicamenta quæ macerãda ſunt, infundenda, ac decoquẽnda in particulas maiores, vel minores (vt eorum eſt craſsities ſubſtantiæ) conſcindenda, vt faciliùs ipſorum virtutes in liquorem tranſeat: quorum ſi multa ſimul infunduntur, quantitas liquoris erit, quæ duobus digitis ſuperemineat.

Vas vbi infundenda ſunt, fictile ac vitreatum oris anguſti ſit, vt meliùs occludi queat: & in eo nullus ſpirandi aditus pateat.

Infuſionis viæ levis ebullitio.

Infunduntur aliquando medicamenta per dimidiam horam, horam, horas plures, noctem, diem, biduum, triduum. Sed ſi accelerandi eſt neceſſitas, levis fervor, vel ebullitio, infuſionis loco erit: nam nonnulla nodulo etiam ligata, leviter decoquimus, infuſionis vice.

# DE MEDICAMENTORVM tritura.

MESVES TEXTVS.

*TRITVRATIO autem multum confert ad hoc, quod intendis de rectificatione medicinarum.*

*EXPOSITIO.*

MVcho aprovecha tambien la trituracion para lo que pretendemos de la preparacion de las medicinas.

MESVES TEXTVS.

*Sunt*

Medicamẽta quæ multam, mediocrem, ac parvã trituratione ſuſtinent.

SVNT enim quædam, in quibus nõ oportet vt multa elaboretur trituratione; & ſunt in quibus neceſſaria eſt multa trituratio, & ſunt in quibus mediocris: etenim tibi ſupereſt ſcire quod dictum eſt, quoniam ſunt quædam, quarum virtus citò tollitur, vt ſunt debilis texturæ, & huiuſmodi non multa indigent trituratione: ſicut Scãmonea Antiochena bona, verùm in groſſa expedit, vt plus in triturando inſiſtas. Omnia enim quantò plus, vel minus ſunt groſſa, vel ſubtilia, tantò plus, vel minus opere triturationis indigent.

*EXPOSITIO.*

AY algunas medicinas que ſufren poca trituracion, otras que mucha, y otras que mediocre. Y ſiendo eſto deſta manera, conviene que ſepas lo que yà avemos dicho: y es, q̃ ay algunas, la virtud de las quales ſe exhala, ò reſuelve con facilidad, como ſon las que tienen la virtud poco firme: las quales ſufren poca trituracion, aſsi como la Scammonea buena Antiochena: mas en la grueſſa conviene q̃ te detengas mas en la trituracion. Todas las coſas, quanto mas, ò menos ſon grueſſas, ò ſutiles, tanto mas, ò menos ſufren la labor de la trituracion.

MESVES TEXTVS.

Trituratio nis triplex neceſsitas.

OFficij autem triturationis neceſſitas triplex eſt, aut eſt, vt miſcibilium in vnum melior fiat ſigillatio, aut vt medicinis aliqua proprietas acquiratur: vel vt in eis aliqua malitia reprimatur.

*EXPOSITIO.*

POR tres razones es neceſſaria la trituracion; ò porque las coſas q̃ ſe han de mezclar, ſe mezclen mexor en vno, ò porque las medicinas adquieran alguna propiedad, ò porque ſe les quebrante alguna malicia.

MESVES TEXTVS.

Trituratio nis exemplum.

EXemplum primi eſt trituratio theriacæ, & aliarum medicinarum: Exemplum ſecundi, inquit Galenus, inſtiti vltimè triturãdo, & pulverizando Ciminum, & cum eſſet naturæ ſolutivum, factum eſt vrinæ provocativum. Et ego dico, quod aliquando aliquid acutorum ſolutionem facientium, vltimè pulverizatum, acquirit proprietatem poſt illud, vt ſit magis penetrans, & repat ad alias partes, in quibus non poterat prius, & provocet per illas. Exemplum tertij, inquit filius Serapionis, oportet, vt Collocynthida, & propriè interius eius vltimè pulverizetur, & nec ſit contentus aliquis in ſufficientia triturationis eius. Pars enim ſenſata ex ea adhæret in villis ſtomachi, & involutionibus inteſtinorum, & ex ea quam invenit humiditate imbibita, inflatur, & apoſthemat, aut vlcerat loca: Trita verò vltima contritione non operatur illud.

*EXPOSITIO.*

EL exemplo de lo primero es la trituracion de la Theriaca; y de otras medicinas. El exemplo de lo ſegundo nos moſtrò Galeno, diziendo, que ſiendo molidos ſutilmente los Cominos, ſe hazẽ provocativos de orina, teniendo antes facultad de purgar. Y yo digo, q̃ algunas vezes los medicamentos agudos purgantes, reducidos en muy delgado polvo, adquieren propiedad de ſer mas penetrantes, y de paſſar à las partes dõde antes no podian llegar, y provocar por ellas. El exemplo de lo tertero trata el hijo de Serapion, diziendo: Conviene que la pulpa de la Collocynthida ſe muela ſutil todo quanto fuere poſsible: y no te contẽtes con la moderada trituracion, porque ſi alguna parte della quedare q̃ ſe ſienta, arrimandoſe à los hilos del eſtomago, y à los emboltorios de las tripas con la humidad que ay alli, ſe hincha, apoſtema, y llaga las dichas partes, y triturada ſutilmente, no haze eſtos daños.

ME-

TEXTVS MESVES.

Rhabarbari, & Scammonij tritura.

*R Habetſceni verò habet contrarium huius, quod diximus de Scāmonea: quod enim ex eo eſt purius & gravius, melius eſt, & benè tritum vigorioſius. Rarum verò & laxum multum redactum in pulverem, non retinet aliquid virtute, de qua ſit curandum.*

*EXPOSITIO.*

EL Rhabarbaro Scenitico tiene lo contrario, que poco ha diximos de la Scammonea, porque lo mas peſado, y puro es mexor, y bien triturado es mas vigoroſo. Mas lo raro, y poroſo reducido en polvo muy delgado, no le queda alguna virtud de que podamos cuydar.

MESVES TESTVS.

Trituratio qualiſcumque ſit facilitate facienda.

*TRituratio autem omnis, qualiſcūque ſit, oportet vt fiat cum facilitate, & commenſuretur ſubſtantijs terendorum. Laborioſa verò reſoluit virtutem.*

*EXPOSITIO.*

MAs qualquiere trituracion conviene que ſe haga con facilidad, ſegun las ſuſtancias de las coſas que ſe muelen: porque la violenta las reſuelve la virtud.

*ANNOTATIO IV.*

✠ OFficij triturationis neceſsitas triplex eſt, aut vt miſcibilium in vnum melior fiat ſigillatio, &c.

Mixtio quid.

Ariſtoteles cap. 10. lib. 1. de generatione, & corruptione ad finem, ſic mixtionem diffinit: ✠ Mixtio eſt miſtilium alteratorum vnio. Et alia verſio habet, ✠ Mixtio eſt miſcibilium per alterationem in vnum collectio.

Mixtione multæ actiones concurrunt.

Ad rectam huius diffinitionis intelligentiam, multas actiones concurrere animadvertendum eſt; nam in ipſamet motus localis reperitur, cuius ratione ſecundùm partes minutiſsimas, miſcibilia inter ſe commiſcentur; & in actione iſta mixtio ſubſtantialis non, ſed localis conſiſtit. Conſiderandum etiam eſt quòd in ipſa mixtione alteratio reperitur, quia miſcibilia, vt ad quoddam tertium reducantur, viciſsim agunt, & repatiuntur: & in hac etiam non ratio ſubſtantialis mixtionis conſiſtit; quia tunc mutatio accidentalis eſt, & in ea mixtio ſubſtantialis conſiſtere non poteſt. Tùm etiam, quia mixtio productionem ſubſtantialem cuiuſdam tertij quadammodo continentis miſcibilia ſignificant; ſed per illam præviam alterationem miſcibilium non producitur tertia aliqua ſubſtantia, alias virtualiter continens, ſed miſcibilia potiùs ad productionem talis ſubſtantiæ diſponuntur. Mixtio præterea pro continuatione ſumitur, veluti cum dicimus quantitatem aquæ cum alia miſceri, & hoc etiam eſt impropriè mixtio, quia aliquod tertiū diverſæ rationis a miſcibilibus non reſultat, qua ratione continuatio potiùs dicenda: nam vera, & ſubſtantialis mixtio eſt, cum plura inter ſe vnita confunduntur, & ita inter ſe alterantur, vt ex eorum reciproca pugna aliquod tertium diverſæ rationis ab eis reſultet. Aquæ, & vini mixtio, niſi per aliquod temporis ſpatiū vera mixtio non eſt, nam illico mixta, vel per aliquem brevioris temporis curriculum vaſe hæderaceo, vel alijs inſtrumentis, vinum ab aqua, vel è contra ſeparari poſſunt; & donec aqua convertatur in vinum, vel vinū in aquam (ad quod prævia alteratione opus eſt) vel donec ſuas ſubſtantiales formas retinent, aut ex vtroque generetur aliqua media ſubſtantia, non eſt mixtio. Præterea, etſi tenuiſsimè pulveres terantur medicamentorum, & interſe commiſceantur, niſi melle, vel Syrupis, aut alijs liquoribus eis ſimilibus mixti fuerint, non verè miſcentur: nam hoc mixtionis modo non corrumpuntur miſcibilia,

Cōtinuatio

Mixtio ſubſtantialis.

Mixtio aquæ, & vini quid.

Unio localis plurium

bilia, ſed potiùs arctiſsimè copulata manent, vt effectum, in quem ordinantur habere poſsint cuius ratione hęc impropriè mixtio appellatur, quę potiùs vnio localis plurium eſt. Quã ob rem exempli primi gratia Meſue triturationem theriaces ſcripſit: nam ad hanc parandam tenuiſsimè terenda, ac per tenuiſsimum cribrum excutienda medicamenta eſſe Galen. lib. Antidotor. 1. docet, & quia hoc modo trita valentiùs, & citiùs invicem in ſe agunt, & patiuntur, & ex mutua actione, & paſsione faciliùs fermentatio eorum fit, & vna compoſita virtus procedit, iure optimo Author noſter hoc exemplum in medium attulit.

‡ *Exemplum ſecundi, inquit Galenus, &c.* Teruntur etiam medicamenta, vt facultatem aliquam acquirant à priori diverſam, nam in pollinem redacta, etſi priùs alvi deiectoria, vretica efficiuntur. Ratio eſt, quia exactè trita, & lævigata, in totum corporis habitum digeruntur: quæ ſi craſſe trita ſunt, in ſtomacho hærent, & per venarum ora permeare non poſſunt. Hæc Galeni doctrina lib. 4. de Sanitate tuenda eſt, nam in Dioſpolitici compoſitione craſsius medicamenta terit, cum alvum per eam deducere ſtudet; tenuiſsimè verò cùm vrinas movere inſtitutum ſuũ eſt. Hac ratione Manard. lib. 12. cap. 2. epiſt. Rhabarbarum tenuiſsimè tritum in decoctione Polypodij, glyzirrhicæ, & Adianti in diuſuria bibendum exhibet, & ad veſicæ, & renum humores, vt eos per vrinam evacuet.

Ad diuſuriam potio optima.

Collocynthis cur tenuiſsimè terenda.

* *Exemplum tertij inquit filius Serapionis., &c.* In tenuiſsimum pulverem teranda ſunt medicamenta, quæ vim noxiam habent, & ipſorum partes ſenſibiles villis ventriculi, & inteſtinorum involutionibus adhærent: cuius rei exemplum Collocynthis eſt, de qua filius Serapionis cap. 12 tracta. 7. de Antidotis diſſerens ita inquit: *Et oportet vt teratur multum, nam ſi non teritur multum, generat vlcus in inteſtino, & lædit nerbos, &c.* Hæc authoritas Pauli Aegnietæ authoritate ita, cap. 4. lib. 7. dicentis comprobatur. *Lævigatum autem Collocynthis accuratè, quoniam aſperitates ipſius interaneis adhærens vlcera concitant, & nervos conſortij lege afficiunt.* Quam opinionem Actuarius lib. de Medicament. comp. tract. de Simp. medic. & alij multi ex Græcorum, Arabum, & recentiorum familijs ſequuti fuere.

Quartam aliam rationem, qua medicamenta teruntur, Gale. cap. 11. & 12. lib. 1. de Simp. med. facul. ſcripſit: eſtque vt promptiùs actu fiant: quæ eſſe poteſtate dicuntur.

Medicamẽtorum trituræ quarta ratio.

Scammonium Antiochenum, quia debilis texturæ, & virtutem in ſuperficie, authore Meſue, poſitam habet, pauca tritura eget: nam (vt inquit Sylvius) *vim purgatricem multa tritura perdit.* Nonnumquam nonnullis compoſitionibus pro varijs medicorum ſcopis diſſolvitur; vt in catapotijs ſine quibus à Nicolao, & fumariæ ab Avicena ſcriptis. His enim compoſitionibus non (vt multi affirmant) quia rectè per totas earum partes diſtribuatur, ſed quia obſtruẽtem Myrabolanorum vim auferat, & ab ipſis ipſummet corrigatur, diſſolvendum eſt. Huius rei Meſue, cap. 2. tract. de ſimplicibus medicamentis Autor eſt, vbi inquit: *Nec enim niſi ad vnum videntur nocivi. Acquiritur enim præparatis ad hoc per eos oppilatio, & propriè paratis cadere in ipſas. Sunt autem de perfectè rectificantibus medicinas, quæ habent acuitatem, et purgant diſſolvendo Magnifice autem adinvenit, qui eos, et propriè citrinos cum Scammonea miſcuit, &c.* Sed quãquam his, & alijs compoſitionibus diſſolvitur Scammonium, idquè diverſis ſcopis, non ſubtiliter tritum ægrotis præbendum, nam ipſos multis incommodis, & ſæpè morte afficit, quod Antonius Muſa affirmat, dicens: *Quod ſi quis Scamonium in pulverem redactum, et nulli compoſitioni mixtum, ſed vel ex aqua, vel iure inſumeret, gravia fortè Simptomata pateretur:*

Tritura Scãmonij.

Scammonium cur in catapotijs fumariæ, & ſine quibus diſſolvitur.

Scammonium non ſubtiliter tritũ ægrotis dandum

*vetur*: Oribaſius etiam lib. Collect. 14. cap. 41. *Quædam medicamenta* (inquit) *cum purgatione fruſtrantur, in corruptelam, & tanquam venenum convertuntur.* Præterea Actuarius tract. de Simp. medic. purg. aſſerens de Scāmonio ſequentia verba ſcripſit.: *Scāmonium ſtomacho longè plus cæteris adverſari conſtat; proinde cavendum iis, qui ſtomachi ſentiunt debilitatem, & eis qui febrim experiuntur, quippè ſuaptè natura leviſsimum, in corpus facilè rapitur, reſidemquè ſpurcitiam omnem in colluviemquè commovet, &c.* Quapropter mea ſententia in pulverem craſſum terendum eſt, vt in ventriculo manens, humores attrahat, & per venarum ora trāſmeare nequeat. Antea quàm ad alia, quæ ad trituram pertinent, tranſgrediamus operæ pretium erit, Sanctionem Regis Philippi Secundi, nova Recopilatione, tit. 17. in fine, cap. 5. ſcriptam, ad mentem revocare, cuius verba hæc ſunt. *Iten ſe manda à los dichos Boticarios, q̃ en las medicinas que ſe mandan, ſegun arte moler grueſſamente, en las coſas que ſe huvieren de echar en compueſtos, ò que huvieren meneſter fermentacion, que no lo ſean tanto que ſe puedan apartar con los dedos en pedacillos conocidos, ſino que ſean en forma de polvo grueſſo, &c.* Ad quorum verborum explanationem aſſerentium, vt medicamenta in craſſum pulverem redigantur, ſed non ita craſſum, vt digitis eorum parva fragmenta ſeparari poſsit, quid pulvis conſiderandum eſt; nam hoc intellectum cùm ſit, tota dubitandi occaſio tollitur. Pulvis à pellendo dicitur, quod ventorum impetu pollitur: terraquè minuta eſt, & arida. Vnde Virg. lib. 4. Geor.

Sanctio Regis Philippi II.

Pulvis quid & vnde dictus.

——— *Ceu pulvere ab alto*
*Quum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator,*
*Aridus, &c.*

Terra quid & quomodo lavatur.

*Terra* (Authore Galen. cap. 1. 2. & 6. lib. 9. de Simplic. med. facul.) *ea eſt, quæ humido ſub acta diſſolvitur, & lutū efficitur.* Lavatur, vt ipſe docet, prius aqua macerata, & vbi lutum conſidet, affunditur quod lutoſum eſt, ſeparatur à lapidoſis, & arenoſis, quæ ad imum vaſis ſederunt, tanquam à terra diverſis. Ergo arena, etſi minutiſsima, nec terra, nec pulvis eſt, liquidem pulvis eſt minuta terra, & non minuta arena. Et cum hoc ita ſit, explorata res eſt, partes terræ, vel pulveris craſsiores, ad ſimilaginis craſſitiem multò non accedere. Vnde aſſerentium furfurem, & ſimilaginem cum pulvere, & terra comparationem habere, error patet.

Cinis quid.

Cinis cum pulvere cognata res eſt, cuius rei ratione ita eum diffiniunt. ✠ Cinis eſt pulvis, in quem materia vſta reſolvitur. Propter quod cap. 3. Geneſ. ita legitur. *In ſudore vultus tui veſceris pane, donec revertaris in terrā, de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Et manſuetus Iob cap. 30. *Comparatus ſum* (inquit) *luto, & aſsimilatus ſum favillæ, & cineri.* Prçtereà reducere in farinam, idem eſt, quod in pulverem; nam Sculapius antiquiſsimus Author, & (vt nonnulli volunt) medicæ inventor, pulverem radicum capparum farinam appellat, capit. 34. de Podagra: & pulveres rerum tritarum Galenus lib. 11. Simp. agens de buccinorum, & purpurarum pulvere, Plinius cap. 8. lib. 25. Actuarius libri ſui principio, & alij per quam plurimi Authores farinas nominant. Farina propriè frumentum mola comminutum, & in pulverem redactum eſt. Quod nomen à fare deductum trahit, Authore Plinio dicente: *Nam quæ ſicca moventur, plus farinæ reddunt; quæ ſalſa aqua ſperſa, candidiorem medullam: verum plus retinent in furfure, &c.* Hinc eſt, quod furfur à farina multum diverſus ſit: & quod nomen farinæ meretur, id multo magis, quam furfurem terendum eſſe oportere. Præterea animadvertendū eſt, partes craſsiores veri pulveris, terræ, farinæ, & cineris, non poſſe digitis ſeparari, nec viſu, etiam ſi probiter mixta fuerit, diſcerni ideò ſedulò nimis ſanctione Regia dicitur: *Que no ſe puedan apartar con los dedos*

Farina quid & vnde dicta.

Partes craſſiores veri pulveris nō poſſunt digitis ſe parari.

*en pedazillos conocidos, ſinò que ſean en forma de polvo grueſſo.* Nam quæ viſu, vel tactu huiuſmodi iudicantur, non in pulverem redacta ſunt, nec diviſio partium hæc pulveris nomen meretur.

Medicamēta nonnulla duplici ſubſtantia conſtant.

℥ *Rhabarbarum habet contrarium, &c.* Nonnulla medicamenta duplici facultate prædita ſunt, purgatrice, ſcilicet, & diuretica. Hæc enim in pollinem redacta,(amiſſa purgatrice) facultatem vrinam movendi acquirunt. Nonnulli pro, Rhabarbaro benè trito, ſubtiliter intelligunt; ſed mea ſententia benè tritum, & ſubtiliter non idem ſignificant. Verbis benè tritum, nil aliud nos docere Meſue voluit, niſi quòd electum Rhabarbarum teratur magis, quàm quòd rarum, & laxum: nam id quod magis electum, ſubſtantiam magis compactam, & vnitam habet. Ideoquè collatione facta cum exoleto, raro laxitudine, quod nec compactionem, nec virtutem aliquam ferè habet, ſubtiliter magis terendum, ſed non ita ſubtiliter, vt virtutem purgatricem deponat, & in diureticum evadat, cùm per id alvum deijcere, & non movere vrinas conſilium eſt. Rhabarbarum verò rarum laxitudinis ratione, cùm iam ferè exoletum, ſi in pollinem redigatur, nec movendi vrinam, nec alvum vim aliquam habet, ſiquidem longæ triturationis ratione virtus eius omnis reſolvitur, ac evaneſcit.

Rhabarbarum benè tritum quomodo intelligendum.

Medicaminum purgātium operationes quomodo meliores redduntur.

Medicamentorum purgantium operationes meliores reddimmus, ſi ipſiſmet alia, quæ ad partem vacuandam perducunt, accuratè admiſcemus quorum facultates huic, vel illi parti familiares ſunt. Sed ſemper, cùm medicaminibus ſoluentibus miſcentur, vehiculi gratia, Hepatica, Splenitica, Thoracica, Cephalica, Arthritica, & alia ſimilia quia per anguſtiſsimas corporis partes, & longinquas tranſitura, per anguſtiſsimū cribrum excutienda.

Medicamēta quę in partibus diſtātibus, ab ore operantur, quomodo terenda.

Huiuſmodi terenda, & cribranda ſunt medicamenta, quæ vel cor, cerebrum, reliquaſquè corporis partes longè ab ore diſsitas roborant: ſed in gradu ſubtili magis, aut minùs, veluti longitudo, & ad aſtrictio viarum poſtulant.

Stomatica quomodo trita purgātibus miſcēda.

Cùm ſtomaticha medicamenta purgantibus miſcentur, vt ſtomachum ipſum roborent, craſsius terenda, ſed magis, aut minùs, pro terendorum ſuſtantiarum ratione, fiatque tali artificio, & methodo tritura ipſa, vt à principio vſque ad finem, ſimul omnia purgantia & roborantia, quæ purgantium vim corrigunt, ſuas operationes faciant: alioqui verò purgatio non benè ſuccedet.

Si conſilium fuerit, vt ſtomaticha in ventriculo morentur, vt ipſum roborent, craſſe terenda; ſi tenuioris ſunt ſubſtantiæ, & magis, aut minùs, vt denſitas, & imbecillitas eorum poſtulat.

Medicamēta quomodo terenda indicatione ſumptā à vijs, & locis.

Cùm medicaminibus diverſas ſubſtantias habentibus, cor, caput, hepar, & alias corporis partes ab ore diſsitas roborare volumus: vel ſi vrinas movere, ac per inſenſilem tranſpirationem vacuare, gradu ſubtili omnia, ſed magis, aut minus collatione facta cum vijs, & locis membrorum, vbi operationes eorum faciendæ. Nam ſi multum longiores, & anguſtæ viæ ipſæ fuerint, per anguſtiſsimum cribum excutienda: ſi breves, & magis patefactæ, per craſsiorem certa in omnibus obſervata proportione.

Stomaticha diverſis rationibus, diverſe teruntur.

Si medicamentum compoſitum aliquod ad ſtomachum, cor, cerebrum, ventrem inferiorem ſimul calfacienda, aut corroboranda (vt Aromaticum roſatum Gabrielis, & Diābra) applicetur ori, ſubtiliſsimè terendum. Sed ſi medici ſcopus tantum ventriculum roborare, aut calfacere fuerit, tunc in eo moram faciant omnia compoſitionem ingredientia, ita vt ſubſtantiarum diverſitas aut taritas poſtulant, eorum terenda.

Ocularia medicamēta quomodo terenda & lapides.

Ocularia medicamenta ſumma cura, ac diligentia tenuiſsimè terenda, ac cribranda ſunt. Cuius rei Author

eſt

eſt Galen. lib. 9. de ſimp. medc. fa-agens de lapide Pyriti, dicens: *Cæterum vbi in vſum vocantur lapides, admodum vehementer contuſi, atque ad lævorum redacti ſint oportet. Similiter atque ea, quæ in ophthalmicas facultates admiſcentur.*

Tritura diverſorum medicamẽtorũ, cum ſimul terũtur.

☩ *Et commenſurentur ſubſtantijs terendorum, &c.* Difficultas non parva eſt, an tritura diverſorum medicamentorum diverſas ſubſtantias habẽtium, ſimul eodem tempore, an paulatim, & per gradus inſtituenda ſit.

Theriaces medicamina compoſitionem ingredientia quomodo terenda.

Medicamina, quæ in theriaces compoſitionem ingrediuntur, Aetius veluti per gradus terenda eſſe, rationibus apparentibus ſcripſit. Sed Galenus aliter ſentit, & omnia quæ trituræ ſunt idonea, ſimul terenda eſſe aſſerit: vnde dubium ortum eſt; ſed vt facilè diſſolvatur, animadvertenda duo ſunt. Primùm, ſubſtantię ſimplitium in compoſitiones, vel theriacas has ingredientium; ſecundum, recta methodo terenda eſſe ratione partis, vel partium effectarum. Hæc vltima ratio omnibus manifeſta eſt, nam ſi accuratè internum, vel externum morbum curare volumus, vt ad locum affectum medicamenta permeent, ad ſuas ibi communicandas vires ita vt locus ipſe poſtulat, terenda ſunt: quod nullo modo fieri poteſt, ſi non trita ſunt ita, vt ad dictum locum perveniat. Reſpectu compoſitionis & terendorum ſubſtantiæ, nonnulli diſtinguũt rationem conterendi in partes medicamenta: & in hac diſtintione locum vnum radicibus, aliũ ſeminibus, vltimum verò floribus aſſignant. Ideòque primùm radices, ad dimidium temporis ſemina, & continuando trituram, prope finem flores adiungunt: & ita ad vltimam paulatim eorum triturã perveniunt.

Quod ita non fieri poſſe aſſerunt, ſi omnia ſimul contunderentur, ob diverſas eorum ſubſtantias: idque Meſue animadvertens, medicamenta omnia, quanto craſsioris; vel tenuioris ſunt ſubſtantiæ, tantò largiore, vel pauciore egere tritura ſcripſit. Hinc nonnulli occaſionem Galenum in theriaces trituratione reprehendendi ſumpſere, quia conſideratione hac neglecta, radices, ſemina, flores, & alia diverſarum ſubſtantiarum ſimul ad trituram coniunxit: idquè Ætius aliter fecit, nam vnum poſt alterum dictarum rerum genus teri voluit, & multas per ſe. Cuius ratione ipſius terendi modum modo Galeni præferendum eſſe, eis viſum fuit. His, & alijs rationibus, qnas contra Galeni doctrinam & ſententiam ſcripſere, vna tantùm ſatisfaciemus.

Medicamẽta quæ diverſas ſubſtantias habent, ſimul teri poſſuc̃.

Ad cuius rei rationem animadvertendum eſt, quòd ex omni medicamentorum genere, cùm omnia ſimul teruntur, ea, quæ ſubtilem ſubſtantiam, & magis reſolubilem tenent, priùs in pulverem rediguntur. Et cum hoc ita ſit, certum etiam eſt, quòd hæc priùs cribranrur, & per cribrum tranſeunt, deinde eis magis, proxima in ſuo ſubſtantiæ modo & huiuſmodi in reliquis hæc ratio eſt. Ideò que, cùm ſæpe cribratio iteranda eſt, primum id qnod tenuioris magis ſubſtantiæ, deinde quæ ea eis magis aſsimilantur, & huiuſmodi ad finem vſque trituræ, per ſericum cribrum tranſgrediuntur. Vnde conſtat, quòd etſi ſimnl terantur, ſervato eorum modo ſubſtantiæ, trituratio recta ſit.

Critus quomodò docuit medicamina herbacea terere.

Sed accuratæ nimis trituratio hæc facienda, ne medicamentorum vires exhalentur, & ſubſtantia tenuior evolet: vt in tenuibus medicamentis, & rara præditis facultate evenit. Ideòque accuratè herbacea medicamina conterere docuit Crito, vt ex Galeni ſcriptis cap. 13. lib. Antid. 1. videre eſt. *Nam mortarium* (inquit) *pelle obſtruendum, cirumque ligandum, medio perforata: deinde alia pelle, quæ anguſtius foramen habeat*: vt per id rudicula tantùm dimitti poſsit ad contundenda quæ in pulverem redigenda ſunt.

Agaricus quomodo terendus.

Quę autem nimis in pollinem evaneſcunt (vt Agaricus) priuſquam in pulverem redigantur, in paſtillos ſo-

formanda, arefactaque iam terenda & ea, & omnia, quibus id ſuccedere ſolet per cribrū ſuperiore,& inferiore parte pargamenis obcluſū, Tarāta- à ſoni effectu dictum,excutiātur.

Tarantara vnde nomē

Gemmæ quomodo terendæ.

Gemmas,quia duriſsimæ ſunt ſubſtantiæ, nonnulli aſſerunt, mortarijs æneis non eſſe terendas , quia ſua ingenti duritie, mortaria ipſa radunt; quorum ſubſtantia ipſiſmet admiſta, noxia, ac deleteria redduntur. Sed re vera hoc nihil ad rem facit , nam lotionibus facultas ab ipſis recepta ſeparetur. Quæ benè lota cùm ſit, ſuper porphyris, aut alijs duriſsimis lapidibus ad lævorum vſque terenda.

# DE SIMPLICIVM MEDICAmentorum purgantium â Meſue ſectione ſecunda ſcriptorum electionibus.

## SECTIO TERTIA.

### *De Aloes electione, vt Author Meſue.*

Aloes electio.

*ALIVD eſt, quod fit in Succutri, aliud in Perſia, aliud in Armenia, aliud in Arabia: & melius ex eis eſt Succutrinum, poſt illud Perſicum, deinde Armenium, & deterius eſt Arabicum. Verificatores autem in quinque proprietatibus laudaverunt perfectū Aloem : in coloro, odore , ſapore, pondere, & ſubſtantia , cum conditionibus in ipſis. In colore quoque, vt ſit coloris citrini declinans ad rubedinem , in quo ſit claritas: & ſit in eo denſitas cum colore hoc, ſicut eſt color hepatis: declinavit eius bonitas ab illo, quod eſt clarum. Et oportet, vt ſit odoris boni proprij, non extranei acquiſiti per adulterium. Et ſapor eius ſecundum convenientiorem modum conſiderationis eius, debet ſentiri in primo guſtu dulce declinans ad amaritudinem. Et ſit pondere leve, & quanto eſt levius , tanto melius. Et ſit in ſubſtantia ſua tenerum, habile ad frangendum: & quantocunque eſt ab eis proprietatibus remotius, tanto deterius.*

*EXPOSITIO.*

LA India, Perſia , Armenia , y Arabia crian el Acibar. La mexor de todas es la Indica. deſpues deſta la Perſica, el tercer lugar tiene la de Armenia, y la de Arabia es la peor. Su bondad declaran el color, olor , ſabor, peſo , y la conſiſtencia : y en cada coſa deſtas ſe han de hallar ciertas ſeñales. En el color, que ſea amarillo inclinante al rubio, à manera del del higado, empero tranſparante , y reſplandeciente, porque la eſcura, y no traſparente es mala. Ha de tener buen olor, ſuyo propio , y no adquirido por adulterio. El ſabor dulce en primer guſto inclinante al amargo. La ſuſtancia tierna, frangible, de modo que ſe quiebre con facilidad. En el peſo ha

de

de ſerliviana, y quanto mas ſe apartare deſtas condiciones, ò ſeñales, ſerà tanto peor.

## ANNOTATIO PRIMA Sectionis ſecundę.

Electio quid. ELECTIO medicamentorum eſt inquiſitio debita ac perfecta, certis ac veris conditionibus eleganter ornata.

✠ *Melius ex eis eſt Succutrinum, &c.* Bonitatem, & malitiam plantæ à locis quibus oriuntur, & ab alijs accidentibus recipiunt: & variant non ſolis ratione tantùm, ſed aliorum cœleſtium corporum aſpectu.

In medicaminibus quæ vnius ſunt ſpeciei, certus odor iudex eſt: nam benè olentia ſalubriora ſunt: quia odor bonus (vt iam diximus) partes principes coporis roborat. Sapor enim obſervandus ad iudicanda medicamenta, & ſeparanda ſalubria ab in ſalubribus. Quædam eorum præſtantiora, ſi craſſę ſubſtantiæ ſint, alia tenuis, alia denſæ, alia raræ, alia levis, alia gravis, alia glutinoſæ, alia friabilis videtur.

Aloes odor qualis. ✠ *Et oportet vt ſit odoris boni proprij, non extranei, &c.* Aloe quæ Myrrhæ odorem habet, ab Avicenna, cap. 66. lib. & tract. 2. Bernardo de Senio lib. 5. Hieræ magnæ comp. Falopio tractatu de ſimpl. medic. purgan. cap. 32. eligitur. ✠ *Aperit orificia venarum, &c.* Aloe quæ ſanguinem educit, qualis. Non quævis Aloe, ſed improba aperit venarum orificia, authore Meſue cap. 2. de medicamentorum delectu, indicatione ſumpta ab ipſorum facultate, vbi inquit: *Educunt autem ſanguinem omnia ſolventia vltimè, & effrenata non propriè: & hoc tribus modis. Aut quia ſcilicet medicina eſt earum quæ excoriant venas. Aut quia eſt earum, quæ venarum orificia aperiunt, apertione ſanguinem fluere faciente. Aut quia per ea pervenitur ad vltimum evacuationis, ſicut diximus. Et ex rebus hoc facientibus, ex Aloe malus quem diximus, &c.* Et principio ſecundæ ſectionis ita ait: *Et ponamus in principio inter particularia ſolutiva ſingularia capitula de medicinis benedictis, in quibus non eſt venenoſitas: quæ non ponunt operationes ſuas, vt cadat per eas in corpus nocumentum Et præponamus omnibus capitulum de Aloe.* Hactenus Meſue. Si ratione Aloes aſſumptæ (vt Meſues verbis vtar) non cadit in corpus nocumentum, aut dicendum venarum apertionem nocumentum non eſſe, aut optimè Aloes ratione id fieri non poſſe.

Inter medicamenta purgantia, quæ humores attrahunt, Aloe tantùm partes imbecillas roborat, & aliorum purgantium vim corrigit: ideòque medicamentis, quæ eius malitiam refrenent, emendent, aut frangant, non eget Fuchſio cap. 83. lib. 1. de comp. medic. authore, quem Manardus epiſtol. 3. lib. 12. ſequtuus eſt, dicens: *Docebo quoque modum, quo ſi non victoriam, ſaltem concordiam cum bonis authoribus, imò cum ipſa veritate poßint inire. Erit hic modus (ne ampliùs ſuſpenſos eos teneam) ſi dicam Meſue non de quavis Aloe, ſed de mala tantùm intellexiſſe, &c.* Actuarius prætereà, qui ſub nomine filij Serapionis à Meſue citatur, tract. de ſimp. med. purg. agẽs de Scammonio, ita inquit: *Omnia quæ alvum deijciunt medicamenta (Aloe excepto) ſtomacho negotium exhibent: quia citra noxam Aloe bilem & recrementa per alvum egerit.* Ergo non aperit orificia venarum electa Aloe, ſi operationis ſuæ modus talis, vt refert Actuarius, eſt.

## DE MYRABOLANORVM OMnium electionibus.

Myrabolanorum citrinarum electio. CITRINOS *in quinque proprietatibus laudaverunt ſapientes, in colore, vt ſint citrini multæ citrinatis declinantes ad viriditatem: & ſint in pondere graves & denſi, & vt in confractis ſuis inveniatur ſicut gummoſitas, & vt ſint großi, & vt cortex eorum ſit ſpiſſus, denſus, complectens oſſa parva.*

EX-

*EXPOSITIO.*

LOS Sabios alabaron à los Myrabolanos citrinos en cinco propiedades: en el color que ſean muy citrinos, inclinantes al verde; que ſean peſados, y denſos, y que tengan mucha carne, en la qual ſe halle, vna manera de gomoſidad; que ſean grueſſos, y ſu corteza eſpeſſa, y denſa; que cubra, ò abrace vnos hueſſos pequeños.

DE CHEBVLARVM ELECTIONE.

Myrabolanorum Chebularum electio.

*LAudaverunt Chebulos in quatuor proprietatibus, vt ſint groſſi, & quantò groſsiores, tantò meliores; & ſint ſub nigri declinantes ad rubedinem, & ſint graves in pondere, citæ ſubmerſionis in aqua; & ſint habentes ſpiſsitudinem corticum ſuorum.*

*EXPOSITIO.*

A Los Chebulos alabaron en quatro propiedades, que ſeā moderadamente negros, inclinantes al color rubio, peſados, de manera, que facilmente ſe hundan en el agua: que ſean grandes, y quanto fueren mayores, ſerán mexores, y tengan las cortezas compactas.

DE NIGRARVM ELECTIONE.

Myrabolanorum nigrarũ electio.

*NIgros quoque Indos in quinque laudaverunt proprietatibus, vt ſint nigri, & confracti denſitatem habentes ſubſtantiæ, & ſint groſsi, & graves, & carentes oſsibus.*

*EXPOSITIO.*

A Los negros llaman tambien Indos, à los quales alabaron en cinco propiedades, que ſean negros, que tengan la carne denſa, y peſada, que ſean grueſſos, y peſados, y no tengan hueſſos.

EMBLICARVM ELECTIO.

Myrabolanorum Emblicarũ electio.

*EMbl ci meliores ex eis ſunt habentes fruſta groſſa, & denſa, & gravia, & quæ minùs creſcunt in oſsibus, & plus in carne.*

*EXPOSITIO.*

LOs Emblicos mejores ſon los mayores, que tienen mucha carne denſa, y peſada, y los hueſſos pequeños.

BELLERICARVM ELECTIO.

Myrabolanorum Belliricarum electio.

B*Ellerici meliores ſunt groſsi, & ſpiſſi, ponderoſi, & denſi cortice.*

*EXPOSITIO.*

LOs Bellericos ſon mejores los mayores, eſpeſſos, y peſſados, y denſos en la corteza.

*ANNOTATIO II.*

DIverſis arboribus quinque Myrabolanorum genera, non duabus (vt nonnulli ſcripſere) colliguntur. Galenus, Dioſcorides, nec omnes vetuſti Græci ea cognovere: ſed hac noſtra tempeſtate omnibus Pharmacopæis, ac Pharmacopolis notiſsima ſunt. Ideòque parum de eis differendum. Delegi omnibus genericum nomē, apud Arabes; peculiariter verò flave Azfar, nigræ, ſive Indicæ Aſuat, Cæpulæ Quebulgi, Bellericæ Berleregi, Emblicæ Embelegi ab ipſis appellantur.

Myrabolanorum nomina quæ.

DE RHABARBARI ELECTIONE.

Rhabarbari electio.

*EX Speciebus Rhavet aliud eſt quod naſcitur in India, & eſt Rhavet Sceni; & aliud eſt Rhavet Barbarum, & aliud Rhavet Turcicum: & melius eorum eſt Rhavet Sceni. Poſt illud in bonitate eſt Barbarum, & minùs in bonitate eſt Turcicum. Et laudatur magis ex eis, quod*

*eſt*

Propter habet vetuſtiſſimus codex alius cum, & alius pro

*eſt ſub nigrum declinans ad rubedinem, quod eſt grave propter ✱ raritatem ſuã; & in quo etiam in confractis ſuis invenitur diſgregatio ex rufo & glauco; & quod eſt croceæ tincturæ, & quod eſt recens. Et non prætermittas, quin ſcias quod in ipſo, cadit de adulteratione, &c.*

## *EXPOSITIO.*

DE las eſpecies del Rhavet vna nace en la India, y es llamado Scenitico, otro Barbaro, y otro Turcino: y el mejor de todos es el Scenitico: el ſegundo lugar en bondad tiene el Barbaro: y el menos bueno es el Turcino. Y de todos ellos es el mas alabado el que tiene el color por de fuera moderadamente negro, inclinadò al roxo: que es peſado por cauſa de ſu raridad, y deſpues de partido, tiene el color interior compueſto alternatim de las colores roxo, y garço: y deſpues de maſcado, ò deſatado en algun licor, tiene à la manera que el Açafran, y es freſco, y no adulterado.

## *ANNOTATIO III.*

Rhabet vnde aſumit differētias.

OPerępretium non eſt, multa de Rhabarbaro recenſere, cum Pharmacopæis ac Pharmacopolis medicamen notiſsimum ſit. Sed ſilentio prætereunda non eſt ſua partitio, ſeu differentia. Quia mea ſententia non partitur in eſpecies, ſed differentia ſumitur à locis, in quibus creſcit: ita vt vnum ſit Indicum, ideſt Sceniticum, aliud Barbaricum, aliud Turcicum, quod Ponticum eſt mea ſententia: quia nomen Turcicum non ſibi vendicabit, quia è Ponto ad Turcas afferatur, nec quia hoc tempore, vbi eſt Turcarum regio, naſcatur; ſed quod Mæotide Inſula Ponti, vbi (vt Author eſt Plinius, cap. 7. lib. 6.) Turcæ priùs vitam egere, pullulat. Turcę, teſte Pomponio Mella, Scythiæ populi fuerunt maris Caſpij, Caucaſique montis accolæ, qui relicta patria, portaſque Caſpias egreſsi, latrocinantium more in Perſidem primùm, deinde in Pontum, & Cappadociam impetum fecere: occupataquè Minore Aſia victricia arma in Europam traiecere, Græciamquè omnem ductu Mahometis in poteſtatem redegerunt. Et cùm Ponti regio frigidiſſima ſit, ab odore, & purgandi vi deſtituitur Rhaponticum.

Rhaponticum & Turcicum idē.

Turcarum vitæ mores

Rhabarbarum ratione raritatis ſuæ gravius eſt.

✱ *Quod eſt grave propter raritatem ſuam, &c.* Propter præpoſitio eſt cauſam ſignificans, veluti tui cauſa. Vnde conſtat, raritatis cauſa Rhabarbarum gravius eſſe. Sed cùm rarum, laxum, & ſpongioſum eſt, denſo, & pòderoſo contrarium, non conſonum rationi videtur, propter raritatem gravius fieri. Sed vt veritas eluceſcat animadvertendum eſt, duas raritatis eſſe differentias, vnam, ſcilicet, quæ nullum pondus aliam, quæ aliquid ponderis habet. Grave à Philoſophis dicitur, id quod ſua natura deorſum fertur, leve è contra, quod ſurſum fertur. Sed ſimpliciter grave in elementis terræ, leve ignis: elementa media facta collatione ad terram & ignem non ita gravia, nec levia aqua, & aer ſunt. Aer enim ad ignem eſt gravior, ad aquam, & terram levior; ſic aqua ad terram levis ad aerem, & ignem gravior. Ad cuius rei rationem prima Ariſtotelis lib. & cap. 4. de Cęlo ſententia eſt, qui omnia elementa aſſerit, præter ignem gravitatem habere, & quandam ad deſcendendum vim imprimere. Et vt propoſitio hæc evidens magis appareat, animadvertendum etiam eſt, quò aeris regio in tres partes dividitur,, ſcilicet, imam, ſublimem, & mediam. Sublimis vicinitate ignis magis calida, & minùs humida: ima vicinitate aquæ magis humida, & minùs calida, mediam aliam intemperiem ab extremis diverſam habet. Et ratio eſt, quia agēs intenſiùs agit in propinquum, quàm in remotum. Ideò, quia ignis calidus, & ſiccus, & aqua è contra frigida, & humida, agentes in partes aeris ſibi ipſis magis propinquas, pars

Raritas duplex eſt.

Grave, & leve, quid.

Elementa omnia præter ignem gravia ſũt.

eius ſumma calidior, infima verò humidior evadunt. Et hinc eſt, quòd aer, & præcipuè parte inferiore, quia humidus, & humiditas magis ad gravitatem, quàm ad levitatem inclinatur, gravis ſit. Alia etiam plura aeris gravitatem oſtendunt. Et cùm hoc ita ſit, non à ratione alienum erit, ſi quis dicat, Rhabarbarum gravius eſſe, propter raritatem, vel cum raritate, aut pro raritate (vt in diverſis Meſues codicibus legitur) ſua. Hoc enim ex Meſues ipſius doctrina patet, nam Rhabarbari capite inquit, quòd ipſum duplici ſubſtantia conſtat, quarum vna terrea, & aſtringens, quæ ei corpus dat, altera dans eis ſubſtantiæ raritatem. Has enim ſubſtantias, ab eo, ipſum macerando ſeparamus. Aerea verò, & ignea, quę ſubtilis appellatur, & etiam purgatrix in humorem transfertur, terrea, & aſtringens ipſius Rhabarbari corpore manet. Hac de re, ad finem ſuę electionis inquit Meſue ipſe: *Et non præter mittas quin ſcias, quòd in ipſo cadit de adulteratione. Accipitur enim ex eo integro ſicut eſt quantitas magna, & ſumergitur in aqua per dies quinque, & dimittitur aqua illa ſiccari, & fiunt inde trociſci, & ſunt medicina Regum. Rhabarbarum verò ſiccatur, & venditur ſicut eſt, quod iam perdidit animam, & cognoſcitur quòd illud in quo non cecidit adulteratio, eſt rarum, & minoris ſtipticitatis, & eſt croceæ tincturæ: adulteratum verò habet contrarium, &c.* Ergo raritatẽ ſubſtantiæ, cuius ratione fit gravius, in infuſione amiſit: Siquidẽ quod infuſum eſt, non eſt rarum. Et hoc ſole clarius patet, quia ex Rhabarbari raritate, quæ in infuſione transfertur, Trochiſci fiunt (vt ipſe Meſue ait) qui abſque dubio pondus habent. Ergo Rhabarbarum Trochiſcos, hoc eſt materiam Trochiſcorum continens, qnæ ex ſubſtantia rara ipſiuſmet efficitur, gravius eſt. Eſt gravius, ergo propter raritatem ſuam: id eſt, propter ſubſtantiam raram, ex qua fiunt Trochiſci. Hanc quæſtionem amplè ſatis libro, quem lingua latina typis excuſum ad lucem edidimus, & noſtra Pharmacopæa tractavimus.

## DE CASSIÆ FISTVLÆ electione.

*Caſsiæ fiſtulæ electio.*

*ELectio eius conſiſtit in ſex proprietatibus, vt ſit arundo eius groſſa, plena, ſplendens, & multi ponderis: & ſit pulpa eius ſplendens, & pinguis: & hauſta ex arundine, conſervata in vaſis pigritatur.*

## *EXPOSITIO.*

SEis propiedades ha de tener la buena Cañafiſtola, conviene à ſaber, que ſu caña ſea grueſſa, llena, reſplandeciente, y muy peſada: ſu pulpa reſplandeciente, y pingue; la qual ſiendo ſacada de ſu caña, y conſervada en vaſos, ſe haze perezoſa en ſu obra.

## *ANNOTATIO IV.*

*Caſsiarum differentiæ.*

CAſsiæ nonnulli ſunt differentiæ, eſt enim caſsia odorifera, Cinnamomo cognata, ab antiquis Caſsiafiſtula vocabatur. Alia eſt Caſsia ſolutiva, ab Arabibus, & recentioribus Græcis cognita; quæ proceræ arboris Indiæ fructus eſt. Arbor hæc Pyræ magnitudinem, folia Maliperſici, aliquantulum anguſtiora, & virentia, flores Geniſtæ floribus ſimiles, Charyophillorum odorem æmulantes habet. His floribus decidentibus, ſiliquæ ante maturitatem virẽtes exiliunt, quæ per maturitatem nigreſcunt. Longitudo eis, tres quatuor, & aliquando etiam quinque ſpithamæ, eſt. Alia eſt Caſsia in herbarum genere, qua in coronamentis vtebatur: eius Virgilius Ecloga 2. mentionem fecit dicens.

*Caſsia herba.*

*Tum Caſsia; atque alijs intexens ſuavibus herbis,*
*Mollia luteola pingnit vacinia chalta.*

Cùm

Caſsia quæ Græcorum antiquorũ compoſitionibus inijcienda.

* Cùm in Græcorum antiquorum compoſitionibus Caſsia nitula, vel Caſsia nigra expetitur, odorata, & aromatica Caſsia inijcienda eſt; nam (vt diximus) ſolutivam minime ipſi cognovere.

## DE THAMARINDORVM electione.

Thamarindorum electio.

*LAudantur in ſex proprietatibus, vt ſint nigri non veræ nigredinis cum luciditate, & teneri, mixtiuum villis, qui ſunt ſicut radices, & ſunt recentes, & pingues abſque deſiccatione, & ſunt cum dulcedine acetoſitatis paucæ, veri, puri, non permixti.*

### EXPOSITIO.

LOS Thamarindos buenos han de tener ſeis propiedades, conviene à ſaber, que ſean moderadamente negros con reſplandor, tiernos, y mezclados con vnos hilos ſemejantes à raizes: han de ſer freſcos, pingues, y no ſecos, y han de tener vn poco de ſabor azedo con el dulze, y han de ſer verdaderos, y no mezclados.

### ANNOTATIO V.

Thamarindorum arboris effigies.

THamarindorum arbor Luglãdis, Fraxini, vel Caſtaneæ magnitudinem arboris habet. Eſt & arbor firma, ramos folijs ornatos multis inciſiſquè minutim tenens, fructus etiam digiti incurvati, vel fabæ figura, qui cortice cinericio, ad rubrum inclinante, multis minutiſsimiſquè maculis ſubalbidis picto veſtitur Cuius arboris albus flos, narantij odore, octo ornatus folijs. Fructus hic Grecis incognitus.

Nonnulli Meſues codices agentes de Thamarindorum electione, ad ſaporis accedentes ſignum, dicunt, vini, puri non permixti. Sed veriuerbium eſt (vt antiquiſsimo legitur) veri, puri, & non vini puri.

## DE MANNÆ ELECTIONE.

Mannæ electio.

*DIverſificatur autem ſecũdùm diverſitates rerum ſuper quas cadit. Cadens enim ſuper lapides, eſt ſicut guttæ parvæ, quæ congelantur, & ſiunt ſicut ſemen. Et cadens ſuper plantas, ſuſcipit de virtute plantarum, & eſt cum permixtione particularum foliorum, & florum. Ex ea, quæ cadit ſuper lapides, melior eſt, quæ eſt ſicut ſemen album, & eſt dulcis, & recens. Poſt iſtam verò in bonitate eſt, quæ eſt ſub citrina. Fuſca verò, & cenoſa, & antiqua eſt non bona. Et ex ea, quæ cadit ſuper plantas, melior eſt illa, quæ eſt paucæ permixtionis cum folijs, & eſt ſubalbida, & recens.*

### EXPOSITIO.

DIfiereſe la Manna ſegun la diferencia de las coſas ſobre quien cae. La que cae ſobre las piedras, es ſemejante à las gotas pequeñas que ſe congelan, y forman à manera de ſimiente. La que cae ſobre las plantas, recibe la virtud dellas, y tiene mezcla particular de cada qual dellas, y de ſus flores. De la que cae ſobre las piedras, es mexor la que tiene la forma de ſimiente blanca, que es dulce, y freſca. Deſpues deſta es mexor la que es vn tanto citrina; y la parda, cenoſa, y antigua es mala. Y de la q̃ cae ſobre las plantas, es mexor la que tiene poca mezcla de las hojas, y es blanquecina, ò tirante al color blanco, y freſca.

### ANNOTATIO VI.

Semen albũ quomodo intelligendum eſt in Mannæ electione.

Q*VÆ eſt ſicut ſemen album, &c.* Quum Author, inquit eſt, ſicut ſemen album, non particulariter de aliquo ſemine, ſed de quovis albo intellexit. Hoc ex prædictis verbis patet, quibus aſſerit.* Cadens enim ſe per lapides, eſt ſicut guttæ. Guttæ enim omnes non ſunt vnius formæ, nec magnitudinis. Ergo

de quovis albo ſemine intelligendum eſt.

## DE SERILACTIS ELECTIONE,

Serilactis electio.

*MElius eſt ſumptum ex lacte iuvenum Caprarum, & nigrarum, & boni paſtus, & recenter fœtarum. Poſt iſtud in bonitate eſt, quod ſumitur ex Ovibus. Et laudatur conſideratum in ſe, ſi recens, ſi boni odoris, & boni ſaporis, & proprij, & non extranei, et in quo nulla cecidit corruptio.*

### *EXPOSITIO.*

EL mexor Suero es, el que ſe haze de leche de Cabras negras nuevas, y mantenidas de buenos paſtos, que ſea recien ordeñado, y ellas recien paridas. Deſpues deſte en bondad, es el que ſe haze de la leche de Ovejas. El mexor es, el que conſiderado en ſi miſmo es freſco, que tiene buen olor, ſabor propio, y no eſtraño, y eſtà libre de todo genero de corrupcion.

### *ANNOTATIO VII.*

Caprarum electio.

* *IVvenū Caprarum*, &c. Capras octo annis vivere, Oves decem, Ariſtoteles c.19. lib.6. de hiſt. anim. ſcriptum reliquit. Ideoquè non vltra octo annos ſervandæ, quia (Authore Columella, cap. 6. lib. 7.) aſsiduo partu fatigatæ ſteriles fiunt.

Caprarum bonus paſtus.

* *Boni paſtus*, &c. Capris bonus paſtus, Lotus, Cytiſus, & alij frutices, & herbæ ſalſum ſaporem habentes ſunt. Nam Authore Meſue, ſerum calidum, & ſiccum gradu primo, vſque ad ſecundum, lavat, tenuat ſua nitroſa ſubſtantia, obſtructa aperit, terget, & clementer, & ſine morſu bilem flavam, & humores vſtos purgat. Qua ratione melancholiæ, maniæ pruritui, impectigini, lepræ, vlceribus malignis, & omnibus cutis vitijs, medicamen optimū eſt: ſed ad purgandum eſt imbecillum. Et cùm ſalſus ſapor ad omnia hæc ferè præſtet, robur addat omnibus, quæ imbecilliter, & tarde ſolvunt, ſalſas plātas ad Caprarum paſtum optimas eſſe apparet, non ſolùm, ad ſerum ex earum lacte parandum, ſed vt optimum & gratum ſaporem, ad victus rationem acquirat. Vnde Virgilius lib.3. Georgicorum inquit.

Salſus ſapor quid.

*At cui lactis amor, Cytiſum, Lotumquè*
*frequenter,*
*Ille manu, ſalſaſque ferat præſepibus*
*herbas, &c.*

## DE ROSARVM ELECTIONE.

Roſarum electio.

*MElior eſt rubra veræ rubedinis, paucorum foliorum, & planorum. Et ex albis, melior eſt habens ſimiliter.*

### *EXPOSITIO.*

LA Roſa rubia, que es rubia con perfecion, y tiene pocas hojas, y liſas, es la mejor. Y la blanca que es perfectamente blanca, y tiene las demas ſeñales que ſe dixeron de la rubia, es tambien mejor.

### *ANNOTATIO VIII.*

Roſarum differentia in numero foliorum.

P*Aucorum foliorum, &c.* Roſæ præſtantiſsimæ rubræ, quinque folijs conſtantes, coloris vividi non nihil in purpureū nigricantis. Toletanis in acclivium viridarijs (Cigarrales Hiſpanice dictis) frequenter omnibus annis procreantur. De his ſimilibus Theophraſtus lib. & cap. 6. de plantarum hiſtoria differens, inquit: *Quippè cùm plurimis quina folia, quibuſdam duodena, vicænaquè, alijs longe plura, ſunt enim quas centi folias vocant, quæ circa Philippos plurimæ exeunt; eaſquè incolæ ex Pangæo tranferentes ſerum.* Roſarum differentiam longa hiſtoria Plinius cap.4. lib.21. proſequitur. Quæ in locis magis ſiccis, quàm humidis procreantur, ſunt odoratiores.

Roſæ odoratiores ratione loci.

DE

DE VIOLARVM ELECTIONE.

Violarum electio.

*Melior eſt, quæ eſt exprimis, quam non invenit calor reſolvens virtutem, aut pluvia diſsipans.*

*EXPOSITIO.*

Las violetas de la primera germinacion cogidas por la mañana, à quien no reſolviò el calor del Sol, ni deſtruyò la pluvia, ſon las mejores.

*ANNOTATIO IX.*

Uiolæ lotione virtutē deſinunt

Nonnulla ſunt medicamina, quorum virtus ſuperficiaria eſt, quam lotio diſsipat: vt Taraſſacon, Roſa, Inthybum, & ſimilia; quibus iure optimo, meo iudicio Violę numerandæ, nam hæ, non tantùm lotione, ſed pluvia vires ammittunt.

Herbæ quatuor emollientes.

Hærbe quatuor emollientes, Viola, Malva, Athea, Acanthus, aut Betha: Flores cordiales Violarum, Borraginis, & Bugloſsi: nonnulli abſque re impropriè Roſas addunt, nam capillamenta, quæ in medijs Roſis ſunt citrina, flores earum appellantur.

Flores cordialis.

DE ABSINTHII ELECTIONE.

Abſinthij electio.

*Melius eſt quod eſt remotum ab odore maris, et quod oritur in terris liberis, et habet folia alba, lenia, et plana. Aſperum verò eſt malum.*

*EXPOSITIO.*

El mejor Axenxo es el apartado del olor del mar, que nace en tierras libres, y tiene las hojas blancas, liſas, y llanas. El aſpero es malo.

Vulgare Abſinthiū, Ponticum, & Romanū quo differunt.

*ANNOTATIO.* X.

Vulgare noſtrum Abſinthium, Ponticum, & Romanum, non differunt, niſi regionum varietate, Cœliquè clementia. Legitur apud Gale. cap. 16. lib. 9. Metho. de Pontico diſferens. ✠ Porrò, id eſt, tum folio, tum flore longè quam cetera abſinthia minore; vbi non minore, ſed maiore legendum eſt. Quod ex codice verbis Græcis ſcripto patet, qui ita inquit. Id eſt, certè nimis maior eſt folio, & flore, quàm cætera abſinthia.

DE STÆCHADIS ELECTIONE.

Sthæchadis electio.

*Melius eſt Arabicum, et melior pars plantæ eis eſt flos, poſt hunc folia.*

*EXPOSITIO.*

El mejor Cantuſo es el de Arabia y la mejor parte de la planta es la flor, y luego las hojas.

Sthęchas vbi gignitur.

*ANNOTATIO.* XI.

Stæchas iuxta Galliam in inſulis eiuſdem nominis & regione Maſsilię gignitur, vnde cognomentum accepit, authore Dioſcoride cap. 27. lib. 3. Plinius in his inſulis tantùm Sthæchadem naſci affirmat, cap. 12. lib. 27. Sed hallucinatur, nam Galenus lib. Antidotorum 1. plurimis in locis, Creticam veluti vegetiorem probat. Arabes aliam ex Arabia adductam laudant. Vnde Meſue ſui capitis initio inquit: *Sticados quod medici laudant, eſt Sticados Arabum, &c.*

Herbæ capitales calidæ.

Herbę capitales quatuoar, quę abſolutè petitę ad frigidam cauſam intelligendę, Stęchas, Calamintha, Salvia, Pulegium: nonnulli Centaurium minùs, & Hypericum addunt.

Herbæ capitales frigidæ.

Herbę quatuor capitales, quę abſolutè petitę ad cauſam calidam intelligendę, Mynphęa, Solanum, Plantago, Hioſciamus, vel Papaver.

DE FVMARIÆ ELECTIONE.

*Melior eſt, cuius herba eſt viridis, tenera, et eius folia ſunt plana, et tene-*

*[...]nera, et cuius flos eſt ſubviolaceus. Criſpus verò non eſt bonus.*

## *EXPOSITIO.*

Fumariæ electio.

LA mejor Palomina es la tierna, y de color verde, que tiene las hojas liſas, y tiernas, y el color de la flor tirante al violado.

## *ANNOTATIO XII.*

¶ Fumaria hæc herba dicitur, quia ſuccus eius oculis adiectus, veluti fumus eos, mordicat, & lacrymas movet. Notiſsima omnibus eſt.

## DE EVPATHORII ELECTIONE.

Eupatorij electio.

*MElius tempus collectionis eius eſt finis veris, & operationis ſucci eius ſimiliter.*

## *EXPOSITIO.*

EL mexor tiempo para coger el Eupathorio es el fin del Verano, y para ſacar ſu çumo de la miſma manera.

## *ANNOTATIO XIII.*

Eupatorij genera.

TRIA Eupathorij genera apud medicinæ Scriptores repeniuntur. Vnum, de quo Avicēna canone 2. ſcripſit, quòd recentiores herbarij adulterinum Eupathorium vocant: aliud quod Græcorum Eupathorium, Agrimonia à vulgo vocatum. Tertium denique eſt Meſues Eupathorium, à Dioſcoride Ageratum appellatum: cuius Meſue, nec Dioſcorides electionem ſcripſere. Ideoquè mea ſententia illud quod generis ſui odorem & ſaporem valétiſſimum habet, vmbellis aureis emicans, folijs denique magnitudine ac ſubſtantia præditis, ornatum eligendum eſt.

Eupatorij electio.

Quatuor herbæ hepaticæ.

Quatuor herbæ ad iecineris obſtructiones abſolutè petitæ, Eupathorium, Hepatica, Lupulus, Cichorium.

## DE EPITHYMI ELECTIONE.

Epithimi electio.

*MElius eſt, quod eſt ſubrufum, Cretenſe, acuti odoris. Quod naſcitur in Syria, eſt poſt id, ſed eſt minus rufū. Et adhuc melius eſt, quod eſt completum, ponderoſum. Et meliores partes eius ſunt extremitates eius groſſæ, quæ ſunt ſicut flores. Subcitrinum autem et pallidum eſt minùs bonum.*

## *EXPOSITIO.*

EL mexor Epithymo es el que nace en Creta, que tiene el color caſi roxo, y el olor agudo. El ſegundo lugar tiene el que nace en Syria, pero no es tan roxo. Ademas de lo dicho ha de ſer lleno y peſado. Las mexores partes del ſon las extremidades grueſſas, que tienen ſemejança de flores. El que es medio amarillo, no es tan bueno.

## *ANNOTATIO XIIII.*

Epitimum non eſt flos thymi.

EPithymum florem eſſe Dioſcorides cap. 179. lib. 4. dicit: Hoc eſt, Epithymum flos eſt Thymi: Sed ſalva pace, non eſt flos Thymi, ſed ab eo planta diverſa: quę iuxta id & alias plantas naſcirur, quod longa experientia, à me, & alijs doctiſsimis viris in rei herbariæ cognicione comprobatum eſt. Creticum ſuo capite, & ſyrupo de Epithymo, & confectione pilularum ſtomathicarum Meſue elegit.

## DE HYSSOPI MONTANI electione.

Hyſſopi electio.

*CVius odor et ſapor ſunt acutiores, melior eſt: ex duabus ſpeciebus melior eſt magna, et melius tempus collectionis eius eſt, quando incipit florere.*

## *EXPOSITIO.*

DE

De las dos eſpecies de Hyſſopo es mexor la mayor, y de qualquier dellas, es mexor la que tiene el ſabor, y olor mas agudo. Y el mexor tiempo para cogerlas es quando comiença à florecer

## ANNOTATIO XV.

Cilicium præſtantius, authore Dioſcoride lib. 3. cap. 30. Cretico verò Archigenes, authore Galeno lib. 8. de Pharmacorum ſecundum locos primatum dedit Montanum hortenſi laudabilius.

Herbæ quo tẽpore colligendæ.

☩ *Melius tempus collectionis eius eſt, quando incipit florere, &c.* Dioſcorides ſua præfatione rem aliter hâc ſentit, nam quæ fruticoſæ ſunt, ſemine prægnantes, & aliæ id genus demetendæ. Hoc eſt, cum flores intus ſemina ferè plena habent, antea quàm dicidant, nam tunc integras vires tenent. Hæc mea ſententia Galeni authoritate lib. Antid. cap. 15. comprobatur, vbi inquit: *Ego autem novi et Camæpytim, et Camædrym, et Thlaſpi, et Centauriũ, Hypericumquè, et Polium, ad hæc alia eiuſmodi cùm tempus eſt inquirens, cùm vigent capio, nec reſiccata æſtiuo ſole, nec citius quàm convenit ſumpta, dum fructus adhuc crudi imperfectique exiſtunt: nam compoſitorum medicaminum virtus ſimplicium vires commitatur,* &c Et deinde agens de modo quo theriaca præparanda eſt, aſſerit ita. *Fructus itaque cum ſurculis, floribuſque, calicibus, et folijs, quæ in his ſunt, in theriacem, immittuntur: huiuſmodi herbarum, Scordij, Nepittæ, Marrubij, Sthæcados, Dictamni, Polij, Chamædrys, Camæpityos, Hyperici, Centauri,* &c. Has etiam herbarum partes ad compoſitionem Diacalamithes lib. 4. de ſanitate tuenda elegit: quas, quæ fruticoſæ, ad rectam collectionem earum habere operæ pretium eſt. Ideò Iſaac cap. 75. lib. 2. practicæ maturas colligendas eſſe, non nimis ſiccas, nec virides aſſerit.

Herbarum partes præſtantiores.

Si aer humidus, & pluviæ adſunt, non colligendæ, nam facile corrumpũtur, aut vires earum, antequàm ad perfectam perveniant exiccationem, ab ipſis decedunt: ideòque aere ſereno, & ſub aſpectu ſuorum ſignorum (nam hoc ad rem multum facit) vel planetarum colligantur. Aſtrorum ſcientiam qui attigere, ſeptem hebdomadæ dies, à ſeptem Planetis dominari invenerunt: vnde nomina dies ipſi ſibi vendicarunt. Ideò dies Dominicus, dies etiã ſolis dicitur, deinde dies Lunæ, Martis, Mercurij, Iupitris, Veneris, & Saturni appellantur; quæ Planetę ſuo vnicuique die, membris, & medicamentis (vt annotatione 26. ſectionis primæ ſcripſimus) dominantur: nam ius & imperium in ea habent.

Planetæ ſeptem quibus diebus dominantur.

In nona Sphęra, quam cœlum cryſtallinum vocant, ab Aſtronomis circulus quidam conſideratur, qui alio nomine Zodiacus appellatur, ipſumque duodecim partibus æqualibus dividunt Zodiacus enim, hoc eſt à figura animalium, quæ in eo imaginantur, nam (animal à Græcis dicitur) quæ Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagitarius, Capricornius, Aquarius, Piſces deniq; vocantur. Hæc eis nomina ab effectibus, quos afferunt, data fuere. Alio modo etiam domus planetarum dicuntur, nam vnumquodque eorum, ſi ſuis domibus Sol, aut Luna ſint, maiorem vim ac efficaciam oſtendũt. Signum Arietis calidum, & ſiccum, Tauri frigidum & ſiccum, Gemminorum calidum & humidum, Cancri frigidum & humidum, Leonis calidũ & ſiccum, Virginis frigidum & ſiccum, Libræ calidum & humidum, Scorpionis frigidum, & humidum, Sagitarij calidum & ſiccum, Capricornij frigidum & ſiccum, Aquarij calidum & humidum, Piſcium frigidum & humidum, ſunt. Cùm Sol & Luna ſigna hæc aſpiciunt, ſuo aſpectu effectus ſuis temperamentis ſimiles cauſant. Ideoque omnium plantarum, & aliorum medicamentorum, quæ temperamenta ſimilia vnicuique ſigno habent, ſub eius aſpectu & dominio, hoc

Zodiacus quid.

Duodecim ſigna quę.

eſt

eſt, cùm Sol & Luna, & reliqui Planetę ſimilia ſigna rebus ſubiectis dominantia reſpectivè ingrediuntur, vt maiores vires dictæ plantæ ac virtutes habeant; vel è contra, ſi eas diminutas deſideramus( vt agentes de ratione locorum annotatione 26. ſectionis primæ diximus ) genera colligenda ſunt.

## DE PRVNORVM ELECTIONE.

Prunorum electio.

*Quæcumque ex eis alba, aut citrina, aut rubea ſunt, minùs competunt operationi medicinæ, quàm nigra: et ſunt quædam ex eis, qaæ ſunt muza, quæ conferunt ad alterandum magis: et ſunt ex eis quædam dulcia, quæ ſunt ad ſolvendum magis ventrem, et vtraque alterāt et ſolutionem faciunt, plùs tamen et minus: Damaſcena vero, et Armena in caſibus illis ſunt fortiora ( quamvis aliį dicant aliud, et humida ſecundùm quoſdam, plus illud faciunt quàm ſicca: Sicca minùs corrumpitur in ſtomacho quàm humida. Sunt enim humida prava, ad putrefactionem convertibilia.*

## *EXPOSITIO.*

De las ciruelas, las que ſon blācas, y las citrinas, y las rubias aprovechan menos en el vſo de la medicina, que las que ſon negras: las que ſon de ſabor dulce, y azedo, alteran mas. Ay algunas dellas dulces, las quales purgan mas el vientre: y todas alteran, purgan, aunque mas, y menos. Las de Damaſco, y Armenia ſon mas eficaces para purgar, y alterar ( aunque otros digan lo contrario ) y las freſcas mas que las que eſtan paſſadas ( ſegun otros) hazen eſto. Las paſſadas ſe corrompen menos en el eſtomago, porque las humedades ſon malas, y mas aparejadas para corromperſe.

## *ANNOTATIO XVI.*

Differentiæ prunorum nimiæ, nam eorum varietas tanta, tum colore, tum ſapore tum odore, effigie, & magnitudine, vt vix enumerari omnia poſſint. Prunorum Sylveſtrum conſtipandi, ſativorum ( vt in plurimum) laxandi vis eſt. Alba verò & flava minùs medicamentoſa. De Damaſcenis, ( quorum in Toletana Civitate magna eſt quantitas ) cùm abſque determinatione petunrur intelligendum eſt.

Inquit Dioſcorides cap. 175. ideſt Prunus arbor eſt nota, cuius fructus æſtur. Et præfatione libri primi. ✠ Fructus avem, vt maturi decerpantur, neceſſe eſt. Et cùm pruna fructus ſint, de eis aliquid à nobis differendum. Fructus ( Teophraſto authore, cap. 3. lib. 1. de hiſtoria plantarum) ea eſt plantæ pars, quæ carne conſtat, & ſemine. Omnes rectè maturos, ſed antea quā ſponte ſua decidant, evelēdos eſſe, Avicena lib. 2. tract. 1. cap. 16 docet. Maturatio coctionis ſpecies eſt, vt ex Ariſtotelis doctrina c. 3. lib. 4. Meteorol. videre eſt, vbi inquit. *Maturatio verò cōctio quædam exiſtit. Nam eius alimoniæ, quæ in arborum fructibus eſt, concoctio, maturatio nuncupatur. Cùm autem coctio, perfectio quædam ſit, tunc maturatio perfecta eſt, cùm ſemina, quæ in fructuum genere ſunt, aliud eiuſmodi quale ipſum eſt, efficere valent. Nam et in cæteris perfectum ita dicimus. Hæc igitur maturatio fructus arborum eſt,* &c.

Fructus quid. — Maturatio fructuum.

Operæprecium eſt, vt ij, à quibus aſtrictio deſideratur, magis aut minùs crudi ( vt neceſsitas poſtulat ) colligantur: nam cruditas maturitati adverſatur: quia cùm maturatio, perfectio quædam ſit, imperfectio cruditas, id eſt immaturitas erit. Imperfectio quidem à caloris naturalis defectu fieri ſolet. Emplaſtri ad Diaphœniconis Alexandri compoſitionem, Meſue Dactylos maturitati propinquos elegit. Fructus verò omnis viridis ( vt inquit Galenus lib. 7. de ſimp. med. facult. titulo de nucibus) ſe-

Fructus qui immaturi colligendi.

Fructus viridis humiditate plenus ſemicocta.

ſemicoctæ humiditatis pleni : cuius cauſa qui victus ratione febricitantibus dantur, lento aſſantur igni.

Avicena lib. 2. tract. 1.cap.6.fructum electionem in hunc modũ ſcripſit. *Fructus ſolidiores, & ponderoſiores erunt meliores : & non excuſat magnitudo cum extenuatione, & arefactione; ſed ſi eſt cum pondere, eſt valde melior. Rugoſi nimis, leves, laxi, temporis longitudine reſiccati ſunt fugiendi.*

Semina involucris incluſa fructus vocantur.

Semina involucris incluſa fructus à Galeno cap.1. lib. 2. de aliment.facul. nuncupantur, cuius verba ſunt: *Cæterum in Fabis, Lupinis, Dolichis, Lente, & alijs id genus ſeminibus, quæ ſiliquis obuoluuntur, quod quidem ex ſiliqua, ſemineque eſt compoſitum, eſt fructus : plurima tamen ſubſtantiæ pars in ſeminibus ineſt,&c.* Et ab ipſomet Galeno etiã pro fructu ſemen vſurpatur, nam libro 6. de ſimp. med. fac. & 8. ſemina vrticæ, & ſeſelios fructus vocat: & lib. Antidot. primo agens de modo præparandi theriacam, inquit: *Fructus itaque cum ſurculis,floribusque, calicibus, & folijs quæ in his ſunt, in theriacen immittuntur: huiuſmodi herbarum Scordij, Nepitæ, Marrubij, Stæchados, &c.* Sed non ſtricto modo, ſed impropriè loquutum fuiſſe Galenum intelligendum hic eſt: nam ſemen differt à fructu, ſicut pars à toto, aut contentum à continente.

Fructus, & ſemen quo differunt.

## DE PSYLLII ELECTIONE.

Pſyllij electio.

*MElius eſt, quod eſt completum, & groſſum, & eſt gravius, & ſubmergitur in aqua.*

### *EXPOSITIO.*

LA mejor Zaragotana es la llena, grueſſa, y peſada, y que ſe hunde en el agua.

### *ANNOTATIO XVII.*

Pſyllij pulicaria appellantur.

PSyllium, quod, & pulicariam herbam, à pulicarum ſimilitudine, quam ſemen habet, vulgus vocat, vbique provenit. Folium Coronopi, & piloſius ramulos parmeos, fœni modo ſarmentoſos habet. Coma eius à medio incipit caule, capitula bina, aut terna cacuminibus compreſſa, ſemine pulicis figura nigro, præduroque.

Pſyllij duo genera.

Recentiores duo Pſyllij genera ſcripſere : quorum alterum longum, & exile in calamo, cuius effigies iam alio libro à nobis ſcripta.

Duabus ſubſtantijs, authore Meſue, compoſitum eſt, medullam namque calidam: & ſiccam ordine quarto, corticem verò multum frigidum habet. Ideòque non à ratione alienum erit, quæ ſemina quatuor abſolutè petita, calida, & frigida ſunt, hic ſcribere.

Semina quatuor frigida maiora.

Semina quatuor frigida maiora ſunt Cucurbitæ, Citruli, Cucumeris, Melonis.

Semina quatuor frigida minora.

Semina quatuor frigida minora, Plantaginis, Lactucæ, Endibiæ, & Portulacæ.

Semina quatuor calida maiora.

Semina quatuor calida maiora, Cumini, Carvi, Aniſi, Fœniculi.

Semina quatuor calida minora.

Semina quatuor calida minora, Ameos, Apij, Amomi, Petroſilini.

## DE ADIANTI ELECTIONE.

Adiãti electio.

*ADianti ſpecies meliores ſunt, quæ viridia habent folia, quæ vberiores ſunt ſecundùm omnes partes plantarum ipſarum. Subtilis verò, & graciles, & declinantes ad citrinitatem, non habent ſpiritũ.*

### *EXPOSITIO.*

LAs eſpecies del Culantrillo, que tienen las hojas verdes, y ſon mas crecidas en todas las partes de ſus plantas, ſon mejores. Las delgadas, y futiles, y que declinan al color citrino, no tienen virtud.

### *ANNOTATIO XVIII.*

Hoc eſt, Adiantum, vel Polytricon puſilla folia gerit, Coriandro ſimi-

milia. Nec caulem, nec florem, nec fructum profert: radix inutilis. Dicitur Adianton à Græcis (vt Nicander in Scholijs ſcripſit (quòd non humectatur, aut irrigatur à rore, nec à pluvia. Quam opinionem Theophraſtus confirmat cap. 8 lib. 7. de plantarum hiſtoria dicens: *Adianti foliũ in aqua nunquam madeſcit, nec quidquam adhæſiſſe humoris conſtat: vnde, & nomen herba accepit.* Idem etiam Plinius cap. 21. lib. 22. aſſerit. *Nullam Adianto purgandi vim Græci tribuunt:* Decoctum eius calculos frangit, & alvum ſiſtit, Dioſcoride cap. 136. lib. 4. Authore. Bilem flavam, & pituitam, humoreſquè craſſos ex thorace, & pulmone educit, roborat etiam capillorum radices, Meſue Authore.

Adiantum vnde dicitur.

Adianti facultas.

Capillares herbæ Adiantum, Politrichò, Phillitis, Aſplenum, Hemionitis, & Hepatica appellantur.

Herbæ Capillares.

Herbæ quę caulem, florem, nec ſemen edunt, in foliorum vigore legende, cùm maxima, & virentiſsima ſunt, Authore Avicenna lib. 2. cap. 6.

Herbæ quę caule, flore & ſemine carent quãdo colligẽdę.

## DE ASARI ELECTIONE.

Aſari electio.

*Melior pars plantæ eſt radix, & melior radix, quæ eſt groſſa, & ſpiſſa, & cuius odor eſt ſubtilis, & ſapor acutus cum ſtipticitate modica,*

*EXPOSITIO.*

La mejor parte de la planta es la raiz, y la mejor raiz la que es grueſſa, y eſpeſſa, que tiene el olor ſutil, y ſabor agudo, con poca eſtipticidad.

*ANNOTATIO XIX.*

ASSarum planta eſt montana, quod nonnulli ſylveſtrem Nardum appellant. Authore Dioſcoride cap. 19. lib. 1. Ideò Meſue inquit, *Cuius folia ſunt angularia, ſicut folia Hæderæ.* Aſarum Bacar à nonnullis vocatur. Vnde rei herbariæ hiſtoriam ignorantes, Baccharim pro Aſaro accipiunt. Sed qui accuratè cap. 19. lib. 1. & 51. lib. 3. Dioſcoridis legerit, differentiam harum plantarum inveniet.

## DE IVRIS GALLORVM ELEctione.

Iuris Gallorum electio

*Melior Gallus ad hunc vſum eſt, ſicut dixit Galenus, qui eſt rufus antiquus, imò quãtò antiquior, tantò melior, & qui eſt velox ad motum, & ardens ad coitum, & fortis ad dimicandum, in quo ſit mediocritas inter macredinem, & pinguedinem.*

*EXPOSITIO.*

EL Gallo de color rojo (ſegun dize Galeno) es el mejor para eſte efeto, y quanto fuere mas viejo, ligero, luxurioſo, y fuerte para la pelea, moderado entre gordo, y flaco, ſerà tanto mejor.

*ANNOTATIO XX.*

IVS è Gallo vetere alvum deijcit. Inter aneis abiectis, ſalem conijci oportet, & ventre conſuto decoqui, donec caro ab oſsibus facillimè ſeparetur. Diverſis medicaminibus, quæ diverſos humores purgant, fartus pro purgandorum ratione decoquitur.

Gallorum ius faciendi modus.

## DE VOLVBILIS ELECTIONE.

Volubilis electio.

*Melior duarum ſpecierum eſt magna, & habẽs folia in modum ſagittæ alatæ: & melior eſt, quæ naſcitur in locis temperatis remotis ab exceſſu.*

*EXPOSITIO.*

DE las dos eſpecies, es mexor la mayor q̃ tiene las ojas à la manera de ſaeta alada, la q̃ nace en lugares templados, apartados de todo exceſſo.

*AN-*

## ANNOTATIO XXI.

QVinta volubilis ſpecies, præter cæteras lactis fœcunda, & ex ea fit Scammonium. Ex quarta, quæ Lupulus appellatur, Cervisia, qua vini vice nonnullæ regiones vtūtur. Hanc antiqui Græci minimè plantam cognovere.

Succi herbarum qui nominātur

Cùm abſque determinatione ſucci herbarum petuntur, Succus lupulorum, Intybi, Apij, & Coraginis, vel Buglossi accipiendi, Meſue Authore in Syrupis de Byzantijs, & acetoſo ſimplici de ſuccis herbarum.

## DE SCAMMONIj ELECTIONE.

Scammoni electio.

*MElior eſt Antiochena, & Armena poſt hanc. Quæ verò ſit in partibus noſtris, & Coraſceni, eſt mala prorſus. Et melior adhùc eſt, quæ eſt primæ formæ in modo faciendi eam; & quæ eſt ſecundæ, eſt poſt iſtam, & aliæ ſunt malæ, & deterior eſt viridis: Adhuc autem qui laudaverunt Scammoneam, in quinque proprietatibus laudaverunt eam. Prima eſt, vt ſit in colore clara ſicut gummi, & propriè ſpecies eius prima, aut ſubalbida, aut varia. Secunda, vt ſi tangatur confractum eius aqua, vel ſaliva, fiat ſicut Lac. Tertia, vt ſit tenera, multæ facilitatis ad frangendum, & pulverizandum. Quarta, vt ſit pondere levis. Quinta, vt ſit boni odoris proprij, non gravis. Remota verò ab his proprietatibus, non eſt bona.*

## EXPOSITIO.

LA Scammonea Antiochena, es la mexor. El ſegundo lugar tiene la Armena. La que ſe haze en nueſtra region, y la Scenitica, ſon totalmente malas. Demàs de lo dicho, la mexor es la que ſe haze de la manera primero eſcrita. Y la que ſe haze de la ſegunda, es deſpues deſta, y las demàs ſon malas: y la peor de todas es la verde. Fuera de lo dicho, los que alabaron la Scāmonea, la alabaron en cinco propiedades. La primera es, que ſea en ſu color clara, como la goma, y de la primera eſpecie, ò medio blanca, ò varia. La ſegunda, que ſi deſpues de quebrada ſe tocare con agua, ò ſaliva, ſe diſſuelva, y buelva à manera de Leche. La tercera, que ſea tierna, de manera que ſe quiebre, y haga polvo con mucha facilidad. La quarta, que ſea liviana. La quinta, que ſea de buē olor ſuyo propio, y no peſado. La que tuviere falta deſtas propiedades, no es buena.

## ANNOTATIO XXII.

VArijs, ac diverſis modis Scammonium adulteratum, cómercia ſimplicium medicamens totum agentes, ſcilicet, Lacte Tithymalorum, Gummi, Pice à vulgo Græca dicta, ac Reſina mittunt. Ideò non ſolùm attendere neceſſe eſt, ſi ſaliva, vel aquæ tactu lateſcat, ſed alia ſigna cura, ac diligentia animadvertenda. Id enim quod Tithymalorum Lacteo ſucco vitiatur, vehementer linguam exurit: quod mixtionis dicti ſucci argumentum eſt. Quod Gummi permixtum eſt, ſi aqua, vel alio humore tangatur, minimè lacteſcit, ſed quendam duriſtiei, & gravitatis modum acquirit. Mixtum quod eſt reſinis, non ſolùm liquoribus admotum Lactis ſignum non oſtendit, ſed ſi lucernis adhibeatur, flammam, & fumum Reſinæ odorem habentem odorem mittit. Servatur Scammonium, Authore Meſue, viginti annis: ſed Serapio à triginta vſque ad quadraginta, cap. 303. lib. Simp. acuitatē habere ſcripſit, dicens: *Et ſcias, quod Scammoneæ acuitas non mutatur, nec minuitur circa ſpatium triginta annorū, aut quadraginta.*

Scāmonij adulteria.

Scāmonij duratio.

## DE TVRPETI ELECTIONE.

Turpeti electio.

*QVOD naſcitur in locis ſiccioribus, fit gummoſius, propter ſpiſſitudinem lactis eius; contrarium*

*eſt è contra, & declinat à proprietatibus bonis, quæ ſunt ſeptem, ſecundum quod ſapientiores ſcriſerunt, ſcilicet, propriè. Vt ſit album, & vacuum, arundinoſum, & gumoſum, & ſit cortex eius cinericius, & planus, & ſit recens, & frangabile. Citrinum vero malum eſt, & nigrum peius: groſſum eſt non bonum, & ſubtile tenue ſimiliter, eſt enim debile: & antiquum eſt malum, & quod eſt criſpi corticis, & habet interius dum frangitur, ſicut nervos, eſt ſylveſtre, & malum; & quod non eſt gummoſum, eſt debile, & ventris conturbativum.*

## EXPOSITIO.

EL Turbith que nace en lugares ſecos, es mas gomoſo en razō de ſer ſu leche mas eſpeſa: y al contrario es ſi nace en lugares humidos, y ſe aparta de ſus propiedades buenas, las quales ſon ſiete. Conviene à ſaber, que ſea blanco, vazio, arundinoſo, y ſu corteza de color de ceniza, y liſa, reciente, y facil en quebrarſe. El citrino es malo, y peor el negro: y el grueſſo, y el muy delgado ſon malos, porque el muy delgado es debil en la purgacion. Tambien es malo el antiguo, y el que tiene aſpera la corteza, y por la parte interior es nervoſo, es ſilveſtre, y malo; y el que no tiene goma, es floxo, y conturba el vientre.

## ANNOTATIO XXIII.

ET *ſit recens, &c.* Pro Turpeto recente illud intelligendum eſt, quod à collectione ſua ſex menſes tranſiere; nam recens, ipſo Meſue Authore, conturbativum eſt, & viſcerum ſubverſivum, antiquum debile. Ideoquè temporis ſui mediocritatem habens, veluti huius rei ratione præſtantius eligendum. Hrmodactylos, qui humiditate ſuperflua, hoc eſt, excrementoſa abundant, à collectione ſua ſex tranſactis menſibus eligit noſter Author: quod præceptum in electione Turpeti obſervandum eſt, ſuæ excrementitiæ humiditatis ratione.

* *Et ſit cortex eius cinericius, &c.* A Græcis, à latinis Cortex, quaſi cor tegens dicitur; Tegmentum plantarum eſt, veluti animalium cutis; de quo diſſerens Teophraſtus, cap. 4. lib. 1. de plantarum hiſtoria, inquit: *Cortex eſt pars vltima, & à ſubiecto corporeo ſeparabilis.* Cortex quid.

Duplex enim cortex, exterior, qui craſsior, & interior, qui pelliculæ formam aliquo modo repræſenrat nonnullis fructibus, vt in Caſtaneis, Iuglandibus, Nucibus triplex, Agalochum cute veſtitur. Cortex duplex, & triplex.

Radicum cortices ita à ligneis matricibus ſeparantur. Radices virides gladio findantur, vel piſtillo pulſentur, à principio ad finem vſque, deinde eximantur lignoſę medullæ. Decorticandi ſiccas radicès modum Plinius c. 5. lib. 25. agens de Veratri radicibus ita ſcripſit: * *Antiqui radicem cortice quam carnoſiſſimo ſeligebant, quo tenuior eximeretur medulla. Hanc humidis ſpongijs opertam, turgeſcentemquè acu in longitudinem findebant, deinde fila in vmbra ſiccabant his vtentes.* Cortices quomodo à radicibus ſeparantur. Radices ſiccas excorticandi modus.

Lignea matrix, quæ omnibus ferè radicibus includitur, omninò inutilis eſt. Ideò Galenus cap. 14. lib. 2. de Antidotis agens de Theriaca, cuius Author Eudemus, verſione Guinterij Andernaci, ita inquit: *Ariſtolochia longæ corticis drachmæ quatuor. In totum enim radicum cortices multò vtiliores ſunt, quàm medullæ.* Radices pars præſtantior.

## DE AGARICI ELECTIONE.

A*Lius eſt maſculus, alius eſt fœmina. Maſculus eſt vero malus, & ille proprie, qui eſt longus, niger, gravis, & habet in confractis ſuis ſicut fila nervorum, & eſt durus, & denſus. Agaricus autem, quem ſapientes laudaverunt, eſt fœmina, & eſt habens proprietates quinque bonas, et propriè. Vt ſit albus, et levis, et velociter frangibilis, et poroſus, et rarus valde. Et vt appareat dulcis in primo guſtu* Agarici electio.

eius,

*eius, deinde ſuccedat ei amaritudo, et ſtipticitas. Et melior pars totius corporis eius eſt ſuperior pars ipſius, et ſtipes eius non eſt bonus habens quaſi ſemitas ligni putefracti, et corroſum ex eo eſt malum.*

### *EXPOSITIO.*

DEL Agarico ay macho, y hembra: el macho es malo, principalmente ſi es largo, negro, duro, y denſo; y ſiendo quebrado, tiene por la parte interior vnos hilos ſemejantes à nervios. A la hembra alabaron los Sabios, y principalmente à la que tiene cinco propiedades buenas. Conviene à ſaber, que ſea blanco, liviano, facil de quebrar, poroſo, y muy raro: y juntamente con eſtas dichas ſeñales ſea al primer guſto dulce, y conſecutivamente amargo, y ſtiptico. La mexor parte del, es la ſuperior, y el tronco de donde ſe coge no es bueno; ſi tiene vnas vias derechas, ò ſeñales de leño podrido; y lo carcomido, ò corroido que el Agarico recibiò del dicho tronco, es malo.

### *ANNOTATIO XXIV.*

Nerborum & venarum differentia & quid.

* HAbet ſicut fila neruorum. Venæ à nervis differunt, nam venæ propriè dicuntur, cóceptacula ſanginis mixti, confuſiquè cum ſpiritu naturali. Sed per translationem venæ appellantur, partes vacuæ quorundam corporum, veluti quæ in terra inveniuntur. Nervi prima ſunt in corpore animalis ſenſus motuſquè inſtrumenta, à cerebro, & ſpinali medulla orti. Per translationem accipiuntur pro chordis arcorũ; citharарum, & aliorum inſtrumentorum. Vnde peopter ſimulachrum partes inanes, quæ in Agarico continentur, venæ, & duræ quæ chordis aſsimilantur, nervi à Meſue & Dioſcoride vocantur.

Agaricus nõ ratione rotunditatis laudandus.

Non deſunt qui Agaricum fœminam & marem rotunditatis ratione laudent, ſed ſignum hoc, apud Meſué, nec Dioſcoridem reperitur ſcriptum, Et vt veritas eluceſcat, verba ipſius Dioſ coridis in medium afferamus (inquit) id eſt, autem in vniverſum Agaricus mas circumvolutus eſt, & vndiquè compactior. Nam nomen hoc verbale eſt, à verbo activo, quod accuſativo iungitur, derivatũ. Quod verbum diverſas ſignificationes habet, nam circumfero, mecum ſemper fero, incomitatu meo fero, ſignificat. Ideoquè non (vt in Latinis Dioſcoridis codicibus) mas rotundus eſt, legendum, nam ſignificatio à nobis explanata ei magis, quia nervorum cauſa circumvolutus eſt, & vndiquè compactior, convenit.

### DE COLLOCYNTHIDIS electione.

Collocynthidis electio.

*DVorum eſt modorum, maſculus, ſcilicet, et fœmina. Ex eis eſt maſculus, ſuper quem naſcitur ſicut lanugo; et eſt gravis cum duritie, et aſperitati attinens, et nigredini. Et laudatur ex eis fœmina, et propriè habens proprietates has bonas. Vt ſit Collocynthida groſſa, et levis, et quantò levior, melior: et ſit laxa et alba, et lenis, et cõpletæ maturitatis. Et eius pars interior eſt pulpoſa, et laxa, et lenis, et alba vehementis albedinis. Verùm quæ non eſt completa in maturitate, mala eſt; conturbat enim ſuſcipientem eam, & ventoſitatem cum difficultate facit: & ſolvit ſuper abundanter, et ſolutione educit ſanguinem, & fortaſſe interficit: & cum ſigillatur cum toto germine plantæ, vt naſcatur Collocynthida vna, eſt illa mala, pernicioſa, imò eſt venenum: et cum in tota regione non eſt niſi planta eius vna, per ſe naſcens, eſt mala. Et quæ naſcuntur in terris fortibus, et pulverulentis, aut iuxta loca reptilium, aut in locis termarum Collocynthidas facit minores, et ſunt ſimiliter malæ. Quæ enim naſcitur in terris laxis, et arenoſis, et liberis, eſt quæ eligitur.*

### *EXPOSITIO.*

DE la Collocynthida ay macho, y hembra; el macho es aquel ſobre que

que nace vn cierto vello, el qual es peſado, duro, aſpero, y inclinado al color negro. De los dos es alabada la hembra, principalmente ſi tiene las propiedades ſiguientes buenas. Conviene à ſaber, que ſea grande, liviana, y de todo punto madura, y en la parte interior pulpoſa, floxa, blanda, y muy blanca. La que no eſtà de todo punto madura, es mala, y perturba al que la toma, y le cauſa ventoſidad dificultoſa, y purga mas de lo que conviene, y haze ſalir ſangre, y algunas vezes mata. Y la que nace ſola en ſu planta, es mala, y dañoſa, y lo mas cierto es el ſer veneno. Y la cogida de planta, que en grande diſtrito nace ſola, es mala. Y la que nace en tierras fuertes, y polvoroſas, ò en lugares donde ay Serpientes, ò cercanos al mar, crian las Collocynthidas menores, y ſon tambien malas. Las que nacen en tierras blandas, arenoſas, y libres, ſon las, que ſe han de eſcoger.

## ANNOTATIO XXV.

CApite primo de medicamentorum delectu, qui fit iudicio ſumpto à propria ipſorum medicaminum eſſentia, Author noſter ſcripſit, quod vicinitate vnius ad aliam plantam, meliores, vel deteriores diſpoſitiones acquiruntur: & vnitate & multitudine fructuum ſimiliter. Caſsia fiſtula enim, quia benignum medicamentum, ſingularis in planta ſua præſtantior. Sed Collocynthis & fructus eius, Scilla, Cucumer aſininus, & alia quæ potentiora virtutibus ſunt, ( quia virtus vnita valentior evadit) ſi ſola naſcuntur, deteriora iudicantur eis, quæ plura in eodem nata loco, vel vna planta ſunt.

Levitatis indicium. *Sit levis, &c.* ✠ Levitas eſt parvæ virtutis, & alimenti indicium: nam radices, fructus, & reliqua, ſi benè nutrita, ſolidam conſiſtentiam habent.

Alborum temperies. *Et ſit alba, &c.* ✠ Cum vno, & eodem genere, plantarum ſcilicèt, & animalium, albæ & nigræ ſpecies ſint: albæ ad frigidam temperiem magis accedunt, & minorem vim habent: nam vnumquodque in ſuo genere nigrum, albo calidius eſt. Hæc doctrina ab Iſaac lib. 2. practicæ de Pipere differente ſcripta eſt: cuius ſententiam Theophraſtus cap. 27. lib. 3. de plantarum cauſis confirmat, ita dicens: *Infirmiora, fragilioraque ſunt omnia ( vt ſimpliciter loquar ) alba quã nigra, tam in plantis, quàm in animalium genere.* Quam rationem Haly etiam c. 7. lib. 7. practicæ ſequutus eſt, & omnes ferè Medici, ac Philoſophi.

Lenis, & duri, aſperi & lenis iudicia. *Sit lenis, &c.* ✠ Tactus enim ( vt iam diximus) mollis & duri iudex eſt, & aſperi, & lenis. Aſperum (teſte Ariſtotele cap. de quali. in Categor.) eſt, quod partes eminentes, à quibus tactus offenditur, & alias depreſſas habet: lene politum, id eſt æquale. Aſperitas ſiccitatis indicium eſt, lenitas humiditatis: nam læve ad humidum, aſperum ad ſiccum reducuntur. Et cùm hoc ita ſit, iure optimo author noſter Collocynthidem lenem laudat, villoſamquè improbat.

## DE POLYPODIJ ELECTIONE.

Polypodij electio. *QVod naſcitur in lapidibus, humiditatem habet ſuperfluam indigeſtam, cauſantem ventoſitatem et ſuberſionem, et nauſeam. Verum melius ex eo eſt arborum, et proprie quod naſcitur ſuper arborem ferentem glandes, et quod eſt cum proprietatibus octo bonis: et proprie quod eſt groſſum, et ſolidum, et nodoſum, et cuius color ſecundum aliquod, participat nigredinem, et rubedinem; ſed parvum, et cuius fractum eſt, ſicut color fiſtici, et in quo eſt ex aromaticitate aliquid: Et in cuius ſapore eſt dulcedo cum ſtipticitate, delinquẽs in guſtu ex amaritudine aliquid vltimo: et quod eſt recens.*

## EXPOSITIO.

EL que nace en las piedras, tiene humidad ſuperflua, indigeſta, que cauſa ventoſidad, rebolvimiento, y vomito. El me-

mejor es el que nace ſobre los arboles que llevan vellotas, y que tiene ocho propiedades buenas. Conviene à ſaber, que ſea grueſſo, freſco, macizo, ñudoſo, por la parte exterior declinante à los colores negro y rojo, y por la interior herbaceo, ò de color de Alhocigo; que ſea algo aromatico, y dulce en el guſto con alguna eſtipticidad, y al fin con algun amargor, y ſea freſco.

## *ANNOTATIO XXVI.*

Solidum Polypodium quomodo præſtantius

QVÆ humiditate ſuperflua, vel indigeſta abundant medicamenta, vt Agaricus, Turpetum, Scilla, Polypodium, Authore Meſue, leviora meliora ſunt. Sed capite de Polypodio, illum quod ſolidum veluti præſtantius eligit. Et cum ſolidum ad grave reducatur, dictum ſoliditatis ſignum Polypodij electioni contrarium eſſe patet. Cui dubio ita ſatisfaciendum. Cum author ipſe regulis vniverſalibus, Polypodium quod leve commendavit, id collatione facta, non cum ſubſtantiæ nutritione, ſed cum humiditate excrementoſa indigeſta, & ſua electione ſolidum, facta ipſa collatione cum bona & electa nutritione fecit. Nam ad ſolidum, denſum vnitum, coactum, & compactum reducuntur. Quod argumentum in Polypodij, & Scillæ radicibus, huiuſmodi explanandum eſſe diffinimus.

## DE SCILLÆ ELECTIONE.

Scillæ electio.

*MElior eſt habens parem, ſola enim ſicut dicitur, eſt venenoſa. Etadhuc eſt melior, quæ ſaporem habet compoſitum ex dulcedine & acuitate, & amaritudine: Et quæ ſplendorem habet in laminis ſuis, & quæ naſcitur in locis liberis. Orta enim in locis termarum, aut orta ſingularis, eſt mala.*

## *EXPOSITIO.*

LA Cebolla Albarrana que nace acompañada, que tiene el ſabor compueſto del dulce, agudo, y amargo; los caſcos, ò laminas reſplandecientes, y criada en lugares libres, es la mejor. La q̃ nace ſola, y en lugares maritimos, es venenoſa, y mala.

## *ANNOTATIO XXVII.*

Scillæ ſpecies.

TRes Scillæ ſpecies à recentioribus aſsignantur. Andromacus ad Scillinos trochiſcos parandos Scillam his verbis petit, id eſt, Protinus autem Scillam villoſis vnà cum corticibus. Sed ſpeciem non diffinit. Damocrates verò, hoc eſt, Scillam valde magnam, eligendam præcipit. Quæ mea ſententia ea eſt, quam Diaſcorides in aceti Scillini compoſitione imponendam eſſe aſſerit, cap. 25. lib. 5. & Meſue ſuo capite veluti præſtantiorem laudat. De hac planta ſatis in Trochiſcos Scilliticos parandi modo, noſtra Pharmacopæa ſcripſimus.

## DE HERMODACTILORVM electione.

Hermodactylorũ electio.

*HErmodactylus eſt radix herbæ montanæ, & eius alius longus ſicut digitus, alius rotundus. Ille, de quo hìc loquimur, eſt rotundus, & eius alius eſt albus, alius rubeus, alius niger. Melior ex eis eſt habens proprietates tres bonas: ſcilicèt qui eſt albus, & veræ albedinis intus, & extra, & qui eſt groſſus, & qui eſt duritiei mediocris. Rarus verò & laxus, & levis eſt debilis: rubeus verò & niger ambo mali ſunt; cuius ortus eſt in locis pinguibus, aut humidis, eſt malus: propterea quòd additur ei ad humiditatem ſuperfluam & inflammativam. Et ortus eius in vicinitate ſquillæ melioratur in conditionibus ſuis, & ſimiliter in vicinitate raffani. Melius verò tempus collectionis eius eſt ver; & meliores ſunt, in quibus iam præterijt medius annus poſt bonam eorum deſiccationem.*

EX-

## EXPOSITIO.

EL Hermodactyl es raiz de vna yerva monteſina : ay vno largo à manera de dedo , y otro redondo: aquel de quien tratamos aqui, es el redondo , del qual ay vno blanco, otro rubio y otro negro. El mejor dellos es el que tiene tres propiedades buenas , que ſon el ſer blanco de verdadera blancura por defuera, y dentro ; que es grande , y tiene moderada dureza ; y es nacido junto à la Cebolla Albarrana,ò al Rabano. El raro,eſpongioſo y liviano, es floxo, ò debil: el rubio, y el negro ſon malos; y el que nace en lugares pingues y humedos: porque al tal ſe le aumenta la humidad excrementoſa,è inflamativa.

## ANNOTATIO XXVIII.

MEdicamenta quæ à ſua natura coacta eſſe debent, vt Hermodactylus , Iris , & alia eis ſimilia , graviora præſtantiora videntur : nam levitas raritatis, laxitudinis, & imbecillitatis ſubſtantiæ indicium eſt. Hermodactylus quaſi Herni dactylus dicitur. Nonnulli ſibi nomen hoc vendicaſſe aiunt , quia à digitis humores educit. Qui noxius ex eius ſpeciebus Ephemeron appellatur,quorum vnus innoxius : & ita Paulus lib. 7. de eo differens inquit: hoc eſt,Ephemeron, non quod noxium, & lethale. Quibus verbis duplex genus eſſe , vnum quod medicinæ, & alterum quod veneni rationem habet, ſatis apertè docuit.

Radix quid

*Hermodactylus eſt radix , &c. Radix* ( authore Theophraſto, cap. 2. lib. 1. de hiſt. plant. ) *id eſt , quo alimentum attrahitur.* Ruelius verò, cap. 2. lib. 1. de natura ſtirpium in hunc modum radicem diffinit. *Radix eſt id, quo alimentum elicitur , et terræ cohæret, &c.* Quam radices in plantis rationem habet,eandem de animalibus os vocatum ( vt inquit Ariſtotele , lib. de iuventute & ſenectute ) tenet. Ideoque cap. 10. lib. 4. de animalium partibus , plantam animal inverſum nominat divinus Plato ,cùm arboris radices terræ fixas, hominis ad cœlum ( quę ſunt in eius capilli ) propenſas vidiſſet , hominem ab arbore in eo diſcriminare, pennæ in venturorum poſteritates prodidit.

Radicum electio.

Radicum electionem Galenus, cap. 15. lib. 1. de Antidotis ita ſcripſit: *Radices quorumcunque fuerint vtiles , intentum habere corticem , non rugoſum oportet, id namque macræ radicis indicium eſt, &c.* Vnaquęque præſtantiſsima radix, quæ proprium generis ſui odorem valentiſsimum , & ſaporem habet. Ignobiles ſunt,quæ in ſuo genere tenuiores & exiliores. Præſtant enim in quolibet genere non rugoſę, nec exiles : quemadmodum quæ modum ſuum excedunt,deteriores iudicantur eis quæ bene nutritam ſolidáque habent conſiſtentiam.

Radices quo tempore colligendæ, & cortices.

Radices & liquamenta ( authore Dioſcoride ſua præfatione) corticeſve, vt recondantur , eximere convenit, cùm herbæ ſuis folijs exuuntur. Siccantur etiam expurgatæ inhibi locis aſperginem non redolentibus; ſed quæ luto , aut pulvere ſunt obſitæ, aqua elui debent.

Radices quæ non eluendę.

Sed odoratiores , & quæ virtutem poſitam in ſuperficie habent , non eluendæ, ſed poſt ſiccationem aſperis lineis fricandæ, ne lotione vires pręcipuas ammittant. Quæ corpulentiores nimis, quales Cucumeris aſinini, Brioniæ, tranſverſim in orbiculos incidantur , & filo traiecto ſuſpendantur loco calido, & ſicco, prope ſolem vmbra ſiccentur : minores longitudine concidantur , earumque medullæ ſi lignoſæ fuerit, eximantur,& in pavimentum proiectæ , vel melius filis ſuſpenſæ, ſimili loco, donec areſcant, obſerventur ; deinde vaſis vitreis,vel vitreatis recondantur.

Radices quinque comunis.

Radices quinque diureticæ ac cõmunes, Apij, Petroſelini , Fœniculi, Aſparagi, Ruſci.

Duæ

Radices duæ communes.

Duæ radices communes Fœniculi, Petroſelini.

## DE IRIDIS ELECTIONE.

Iridis electio radicis

*HAbens florem album, debilior eſt in omni re: & eſt ex eis melior cuius radix eſt alba, participans rubedinem ſecundũ aliquid, & groſſa & dura, & ſpiſſa, et in qua eſt aromaticitas ſicut odor violarum propriè: et cuius ſapor eſt acutus, mordicativus, propter acrimoniam ipſius: et habens nodos breves et collectos. Melior pars plantæ eſt radix, poſt illam flos: et melius tempus collectionis ipſius eſt principium veris.*

### *EXPOSITIO.*

EL Lirio que tiene la flor blanca, es para todas las coſas generalmente menos eficaz: y del vno, y del otro es mejor la rayz blanca, que participa del color rubio algun tanto; la grueſſa, dura, y eſpeſſa, que tiene el olor de violetas, el ſabor agudo, y mordicante por razon de ſu agudeza, y los ñudos pequeños y eſpeſſos. La mejor parte de la planta es la rayz, y conſecutivamente la flor, y el mejor tiempo para cogerla es el principio del verano.

### *ANNOTATIO XXIX.*

Radix vnde à Græcis dicta.

C*Vius radix eſt alba, &c.* ✠ à Græcis, ideſt origo, dicta: nã origo plãtarum omnium eſt. Dubiũ eſt, quo tẽpore radices plantarũ, quæ folia non amittunt, effodiendæ ſint.

Iridis radices quo tempore colligendæ.

Sed opinionibus varijs derelictis, nec colligendæ mea ſententia, cum flores earum decidunt, nec principio veris, ſed cum ſcapi exiccati fuere: nam principio veris, vel cum flores decidunt, tunc quia naturaliter humidius tempus eſt, maiorem humiditatis quantitatem habent, quæ ad citam, & maiorem corruptionem cauſa eſt. Et cum Meſue inquit: ✠ Et melius tempus collectionis ipſius eſt principium veris: non de radice, ſed de flore intelligendum eſt: nam relativa non ad longinqua, ſed ad magis propinqua antecedentia referenda ſunt, ideò veluti de propinquiore de collectione floris, non de radicis intelligendum.

Iris qua regione præſtantior.

De Iride Dioſcorides differens, ita lib. & cap. 1, inquit, hoc eſt. Eſt autem melior Illyrica, & Macedonica. Andromachus ſenior ad ſuæ theriaces compoſitionem Illyricam etiam elligit, dicens: ideſt folia, & Illyrica iride impoſita. Dicti authores iure optimo Illyricæ Iridi primatum dedere: nam ſi eam conferas (vt inquit Galenus lib. Antidotorum primo) cum ea, quæ in Africa procreatur, reperies vnam ab alia tantùm diſtare, quantum à cadavere vivum corpus. Noſtro ævo Hiſpanica Iris ratione conſona pro Illyrica vſurpatur: nam notas ferè omnes quas ipſamet habet.

Pro Iride Illyrica Hiſpanica.

## DE CVCVMERIS AGRESTIS electione.

Cucumeris agreſtis electio.

*MElior pars plantæ eius eſt fructus ipſius, & propriè eius completi ſuccus, & poſt ipſum radix. Et calidior fructus eius eſt citrinus, completus, expoliatus, tamen à viriditate; & qui eſt amariditudinis veræ, & cuius ſuccus eſt albus, habens de pinguedine aliquid. Incompletus verò eſt malus, educens ſanguinem ſolutione, & radix eius ingreditur in medicinis multarum vtilitatum, & melius tempus operationis ſucci eius eſt finis æſtatis, & collectionis radicis eius eſt finis veris.*

### *EXPOSITIO.*

LA mejor parte de la planta es el fruto, y eſpecialmente el çumo del que eſtá perfectamente maduro, y deſpues la rayz. Y el fruto mas caliente es el citrino, maduro, que no tiene coſa alguna verde, y que es puramente amargo: el çumo del qual es blanco, que tiene algo de pingue. El inmaturo es malo, y haze purgar ſangre: Su raiz entra

en medicinas de mucha virtud. Y el mejor tiempo para hazer ſu çumo,es el fin del eſtio,y para coger la raiz el fin del verano.

### *ANNOTATIO XXX.*

Elaterij electio.

EX fructu Cucumeris huius fit Elaterium, quod Authore Dioſcoride cap.155.lib.4. *Optimum eſt leve, non ponderoſum, cum candore leviter humectum, guſtu amariſsimum, & lucernarum luminibus admotum facile fragrans*. Abimatu ad decennium (ipſo Authore) deiectionibus vtile eſt. Ducentorum annorum ſpatio (vt Theophraſtus aſſerit cap.14.lib. 9.de plantarum hiſtoria) durat, & vſque ad quinquageſimum, vt Plinius cap. 1. lib.20. inquit: *Lucernarum lumina extinguit.*

Elaterij duratio.

## DE CENTAVRIJ ELECTIONE.

Centaurij electio.

*CEntaura, alia minor, alia maior; inter quas diſtinguunt proprietates notæ. Minor melius eſt in omni re, cuius flores, & crura colorē habent Citrinum palearum, & melior pars plantæ ſunt flores, & ſemina ipſius, & melius tempus collectionis ipſius, eſt principium æſtatis.*

### *EXPOSITIO.*

VNa Cētaura ay mayor, y otra menor; las quales ſe diferencian en muchas ſeñales. La menor es para todas las coſas mas preſtante, la flor y el peçoncillo de la qual es de color citrino à manera del de la paja. La mejor parte de la planta ſon las flores, y ſu ſimiente; y el mejor tiempo de cogerla, es el principio del eſtio.

### *ANNOTATIO XXXI.*

DE Centaurio minore Dioſcorides cap.9. lib.3. diſſeres, inquit. Id eſt Centaurium minus aliqui Limneſion vocavere; herba Hyperico, aut Origano ſimilis eſt. Cuius ſuccum extrahendi rationem in hunc modum ſcripſit. *Legitur herba ſemine prægnas, & diebus quinque madefacta dequoquitur, donec ſuperemineat aquæ: mox vbi refrixit, linteolo exprimitur, & tracta herba, iterum decoquitur, vſque dum mellis craſsitudinem habeat. Nonnulli eam recentem gravidamque contundunt, atque ſucc m fictili non picato exprimunt, & in ſole, lignea rudè aſsiduè moventes inſpiſſant. Quòd ſi quid concretum faucibus vaſis adhæreſcat, deradunt, reliquoque humori permiſcent. Noctu diligenter operiunt, namque ros nocturnus liquores coaleſcere non ſinit. Quæ autem radicibus, aut herbis liquamenta exprimuntur, decocta (vt in Gentianæ mentionem retulimus) præparant: ſed quæ ex corticibus humidis, aut contuſis herbis factitantur, in ſole, vti ante dictum eſt, cogunt. Sic è Thapſia, ſic è Mandragora, reliquiſque ſimilibus ſuccus: ſic ex acerbis vuis melligo elicitur. Lycium tamen, & Abſinthium, Hipociſtis, & conſimilia, decocta, eo quo diximus modo, coguntur.* Et agens de Genciana c.3. lib. inquit: *Succi extrahendi ratio hæc eſt. Contuſa radix quinque diebus aqua maceratur, poſtea in eadem tantiſper decoquitur, dum extent radices, & vbi refrixit aqua, linteo excolatur: mox diſcoquitur, dum mellis craſitudo fiat, fictilique reconditur.*

Liquamentum Centaurij minoris quo modo fit.

Liquamenta radicum quo modo fiant.

## DE CNICI ELECTIONE.

Carthami electio.

*CArthamus duorum dodorum eſt. Eſt enim domeſticus, & ſylveſtris. Et dixerunt quidam quod Nil eſt ex ſpecibus Carthami, & elongati ſunt. Carthamus, de quo loquimur, eſt domeſticus, & melior pars plantæ eius eſt ſemen eius, poſt illud flos eius. Et melius ſemen eſt, quod eſt album, & planum, groſſum, & plenum, cuius medula eſt vnctuoſa, pinguis, & cortex eius tenuis. Et melior floſ eſt, qui eſt ſicut pili croci.*

(⁑)

EX-

*EXPOSITIO.*

DOs maneras ay de Carthamo, el vno es domeſtico, y el otro ſilveſtre. Algunos dixeron, que el Nil es de las eſpecies de Carthamo, y ſe engañaron. El Carthamo de quiẽ tratamos, es el domeſtico: la mejor parte del qual es la ſimiente, y luego la flor. La mejor ſimiente es la blanca, liſſa, grueſſa, llena, y que tiene la medula vntuoſa y pingue, y la corteza delgada: y la mejor flor es la ſemejante à las hebras del Açafran.

*ANNOTATIO XXXII.*

Nil quid. NIl, Autoribus Serapione cap. 283. lib. Simpl. Avicenna, ca. 513. lib. & tract. 2. Iſaac c. 24 lib. 2. practicæ, & omnes ferè Arabes, Carthamus Indicus eſt. Theophraſtus c. 4. lib. 6. de plantarum hiſtoria Cnici tria genera ſcripſit, quorum vnum ſativum, quod Carthamum appellatur, & ſylveſtria duo, quorum primum Dioſcorides Atractylis, alterum verò ſylveſtre Cnicum.

DE GLANDIS VNGVENTARIÆ electione.

Ben electio. *BEn eſt granum Almeſues, & eius aliud magnum, aliud parvum. Magnum autem eſt in magnitudine fructus Avellanæ triamgullatum. Parvum verò eſt ſicut cicer, & vtrunq; habet medullam vnctuoſam, lenem & albam. Maius incolume eſt, parvum vero malignum eſt. Magnum autem melius eſt, cuius cortex eſt albus, planus, tenuis, & cuius medulla eſt alba, lenis, multæ vnctuoſitatis. Et quod antiquum, melius eſt recenti. Et parvum melius eſt ſubnigrum declinans ad albedinem, & cuius medulla eſt vnctuoſ, alba & lenis, & antiquum melius eſt recenti.*

*EXPOSITIO.*

BEn es grano de Almeſue, del qual ay vno mayor, y otro menor. El mayor es de la magnitud de la Avellana, triangulado; y el menor de la magnitud del Garbanço, y entrambos tienen la medula vntuoſa, blanda, y blanca. El mayor es mas ſeguro, y el menor malicioſo. El mayor que tiene la corteza blanca, liſa, delgada, y la medula blanca, blanda, y vntuoſa, es mejor; y el que es antiguo mejor que el freſco. El menor es mejor, ſi es inclinante al color negro, que participe algo del blanco, la medula del qual es vntuoſa, blanca, y blanda; y el antiguo es mejor que el freſco.

*ANNOTATIO XXXIII.*

Hoc eſt, Glans vnguentaria, fructus eſt arboris Myricæ ſimilis. Gignitur in Ætiopia, Ægypto, & Arabia. A Galeno, & Aetio, & à Latinis Glãs vnguentaria vocatur. Ben res quidẽ diverſa à radicibus aromaticis, quæ Behen, tùm aſpiratione, tum duplice. e e. ſcripta invenitur; nam hæ radices Paſtinacæ ſilveſtris ſunt. Haliabbas & Haly cap. 43. lib. 2. practicæ Authoribus, de quibus etiam noſtra Pharmacopæa ſcripſimus. Ben fructus arboris. Been, & cũ aſpiratione quid.

DE LAPIDIS ARMENI electione.

Armeni lapidis electio. *MElior eſt habens colorem medium inter viridem, & obſcurum terreum, & Indum, & habet macularum diſtinctiones virides, & nigras: & qui non eſt in lapidis termino, imò eſt facilè diſſolubilis, & pulverizabilis, & qui eſt tactus lenis carens aſperitate.*

*EXPOSITIO.*

LA piedra Armena que tuviere el color entre verde, y terreo eſcuro, y el Indo con vnas manchas verdes, y negras diſtintas, que no tiene la dureza de piedra, antes ſe haze polvo cõ facilidad, y ſe deſata, que es blanda al tacto, y no tiene aſpereza, es la mejor.

*ANNOTATIO XXXIV.*

DIoſcorides cap. 105. lib. 5. huius lapidis electionē ita ſcripſit: *Armenus lapis præfertur leuis, colore cæruleo, perquàm æquabilis, calculo carens, & friabilis.* De eo diſſerens Plinius cap. 6. lib. 35. inquit. *Lapis Armenus eſt dictus, & nominatus à regione illa ; & eſt liuidus, & ſubalbidus,&c.* Eius vice Cyaneus eſt, Authore Auicenna libro de viribus cordis, vbi inquit: *Lapis lazuli ſimilem vim habet cum eo, quod dicitur de lapide Armeno; niſi quia eſt ipſo debilior.* Hactenus Auicenna. Purgat lapis hic atram bilem, quam Veratrum tutius, & lapide Cyaneo valentiùs, vt ex authoritate Alexandri Tralliani Meſue ſcripſit.

Lapidis Armeni vice quid.

## DE LAPIDIS CYANEI electione.

Lapidis lazuli electio

*MElior eſt cuius color eſt viridior in colore lazuli, & habet maculas aureas, & mixtus cum marchaſita, eſt non bonus ; & non maculatus eſt non bonus, & ſimiliter lenis.*

### EXPOSITIO.

LA piedra Azul, que fuere de color verde, y azul, y tuuiere vnas manchas de color de Oro, y fuere dura, es la mejor. La mezclada con Marcaſitas, y que carece de las dichas maculas, y fuere blanda, es mala.

### ANNOTATIO XXXV.

DE hoc lapide Dioſcorides capite 106. lib. 5. diſſerens, inquit: *Cærulei origo ex ærarijs metallis in Cypro, copioſior ex arena litorali: ſecundùm quoſdam ſubcauatos ſpecus maris inuenitur, qui magis probatur.*

Tria præcipue hac in annotatione conſideranda; primum quantitas, quæ in confectione de granis tinctorum huius lapidis inijcienda ; ſecundum, ſi adurendus, cum cordialibus compoſitionibus admiſcetur; tertiū ablutionis ipſius modus. Et ad primum venientes dicimus, quod duodecim drachmæ in confectionis dictæ compoſitione inijciendæ ſunt; quod multis rationibus, ac argumentis iam à me, & alijs comprobatum eſt : quibus (ne de re iam cognita, ac exagitata longum faciamus proceſſum) omiſsis, quod denuo ad mentē venit, ſuccinctè proponamus, à Græcis vocantur medicamenta, quæ aliorum vice vſurpantur, quorum nullum inuenitur, quod in omni morbo, & in vnaquaque confectione, ſine aliquo diſcrimine, vel reciprocatione pro alio ſubſtitui poſsit; nam id (niſi idem medicamentum ſit) omnino quod aliud facit, efficere impoſsibile eſt; quod etiam de compoſito intelligendum eſt. Confectio de granis tinctorum à Meſue capite de lapide cœruleo ſcripta, & aquæ in Antidotario adeſt, nulla reclamante virtute, ad idem valent: ergo vna, & eadem.

Lapidis lazuli drachmæ duodecim in confect. alcher. inijciendi.

Prætereà (vt veritas magis eluceſcat) animaduertendum eſt, quod codices qui in confectione antidotarij ſcripta drachmas duas habent, librariorum negligentia vitiati ſunt, qui duas pro duodecim appoſuere, quod vno antiquiſsimo, quod habemus, videre eſt. Is enim duodecim drachmas lapidis Cyanei, non ſolum Scheda quæ Antidotario typis excuſa eſt, ſed eius margine habet (quorum duo ad Syluij, & Caleſtani manus peruenerunt) & ſimplicium numerum, ponderaque æqualia, cum ea, quæ lapidis dicti capite ſcripta eſt.

Deinde compoſitio hæc ab omnibus tam Medicis, quam Pharmacopæis Meſues inuentioni tribuitur, quam capite dicto ſcripſit, duodecim drachmas lapidis habentem ex ſua inuentione vocat, quod non in ea, quæ Antidotario ſcripta eſt, fecit. Ergo quæ in capite ſcripta eſt, ad vſum paranda, aut duodecim drachmæ lapidis dicti (vt vires ſimiles vtraque habeant) in ea, quæ Antidotario adeſt, inijciendæ.

Animaduertendum etiam eſt, an cum in cordialibus cōfectionibus hic lapis petitur, adurendus ſit, vt per

Lapis Cyaneus cordialibus medicamentis nō adurēdus eſt

quam

quã plurimi aſſerũt,qui mea ſentẽtia lapidis dicti vires ac facultates penitus ignorãt;nã per accidẽs,evacuãdo humores, à toto corpore, & à corde cor ipſum corroborat. Huius rei teſtis eſt Avicenna tract. & cap. 2. lib. de viribus cordis, vbi inquit: *Medicinæ laxativæ proſunt ad confortationẽ cordis dupliciter. Vno quidem modo intenditur iuvamentum cum eis procurari iam dictum per evacuationem nociv: humoris à toto corpore, aut à partibus hepatis, & cerebri, ſicut fit cum decoctione Epithymi,aut cum medicina cum Epithymo confecta. Secundo verò modo,quãdo intenditur cum medicina laxativa non prædicta evacuatio, ſed mundificatio ſanguinis, qui propriè eſt in corde, ad hoc quod ſpiritus mundus generetur in eo, ſicut quando ponitur in medicinis cordis lapis lazuli, aut Armenus*; ex quibus *medicinis quum pervenerit earum virtus ad cor, adipiſcitur virtutem expulſivam melancholici humoris à ſanguine tendente ad ipſum, & melancholici vaporis à ſanguine generati in ipſo, &c.* Mundificatio ſanguinis prædicta cum medicamento laxante (id eſt cũ lapide cæruleo)alijs cordialibus mixto fit: ergo non adurendus lapis; nã vſtione purgatricem facultatem amittit.Vſta enim medicamenta purgantia à facultate purgatrice deſtituuntur. Cuius rei Meſue teſtis eſt agens de Rhabarbaro, & Myrabolanis; nam medicamina hæc ſubtiliter trita viſcera aſtringendo roborant, aſſata magis aſtringunt; vſta verò multò magis. Combuſtilia autem (Ariſtotele capit.9.lib.4.Meteor.teſte) ſunt quæcumque corpora,quæ in cinerem reſolvuntur: id quod omnibus obvenit,quæ vel calore,vel vtroque, calore,& frigore coguntur;nam hæc ab igni evinci conſpiciuntur. Lapis hic dum vritur, vincitur ab igne: ergo(vt Myrabolani,& Rhabarbarũ) vim purgatricem vſtionis vi amittit. Qua deperdita ratione purgantis, & cordialis accidenteliter medicamenti caret. Quinque cauſis aduruntur medicamenta,Authore Avicenna,lib. & tract.2. cap. 5. Prima, vt alicuius medicamenti acuitas frangatur, vt chalcitis. Secunda, vt acuitatem acquirant, vt lapides,à quibus efficitur calx. Tertia,vt alicuius medicamenti dura, craſſa, ac glutinoſſa ſubſtantia ſubtilitatem nanciſcatur, vt cornua,& animalium vngulæ. Quarta,vt in pulverem redigi poſsint, vt ſericum,& pili.Quinta,vt alicuius medicaminis venenoſitas frangatur,vt Viperæ,& Scorpiones.

Combuſtili,quæ.

Quinque cauſæ aduſtionis medicamentorum.

*✱ Sunt in eo nocumenta, quæ diximus in lapide Armeno, & expedit tollere nocumenta eius ſimiliter cum ablutione,ſicut diximus ſuperiùs.* Et agens de lapide Armeno in hunc modum lavationem ſcripſit. *Et dixit Alexander, non lotus per vomitum ſolvit, & per ventrem, & cum labore. Lotus autem ſolvit per ventrem, & ſine moleſtia. Ars autem in lavando ipſum eſt hæc. Teratur cũ facilitate in vaſe lapideo,deinde fundatur ſuper ipſum aqua dulcis, & lavetur ſicut terendum, & fiat illud trigeſies, ſemper innovando aquam, & adhùc decies poſt illud lavetur aqua Roſata. Et dixit Alchindus, lavetur cum aqua Bugloſſæ poſt purgationem eius: acquiritur enim ei mirabilis proprietas ex hoc ad ægritudines melancholicas,&c.*

LapidisCianei lavandi modus.

Poſtquam in tenuem pulverem redactus lapis ſtellatus fuerit, in vaſe vitreato ponatur,& ſuper illum aquę pluvialis,vel fontanæ puriſsimæ quãtitas ſuper injiciatur, quæ tribus digitis pulverem ſuperemineat; deinde lignea rudicula per quartæ partis vnius horæ ſpatium, deinde donec pulvis omnis in imum vaſis ſubſideat & quieſcat, deſmatur. Deinde extra vas aqua fundatur,& alia (vt dictum eſt) ſupernijciatur, idque ad trigeſimam lotionem faciendum. Quibus iam finitis lotionibus, aqua Roſacea decies lavandus, ſed non affundenda aqua eſt(quia Medicamentoſa)donec vnaquaque vice viginti & quatuor horarum tempus tranſactum fuerit quarum maiori temporis parte, pulvis & aqua ſubmovendi: & in alijs rebus prædictus modus obſervandus.

Ra-

Lapidum, & lapidoſorum, & duorum medicamentorũ lavatio.

Rationi conſonum viſum nobis fuit, ſiquidem lapis hic aqua pluviali, vel fontana, & Roſacea (quæ Medicamentoſa) abluitur, quod de vtriuſque modi ablutione Galenus ſcripſit, pennæ commendare: qui cap. 15. lib. 2. ſimplic. ita inquit: *At ſiqua ſint lapidoſa & dura, velut Cadmia, & æris ſquamma, & æs vſtum, ea exactè in tenuia comminuentem plurimum in aqua terere fontali, puriſsimæque oportet, ſubinde priore effuſſa, quoad nihil in aqua innatet, maneatque aqua prorſum à contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quandiu, aut qualitatis eius quippiam in guſtum appareat, aut aliquid innatet, tandiu terendum atque effundendum eſt. Nam ſi hoc pacto quiduis eorum quæ lavari poſsunt, abluas, mordacitatis expers evadet; &c.* Et lib. 1. cap. 10 de comp. phar. per gen. ita inquit: *Argenti ſpuma facilè eluitur, vt quæ ſtatim propter innatam gravitatem liquoribus, in quibus lævigatur, ſubſidet; vnde totam mordacitatem in aqua lota exuit. Acuti vero ſenſus homines parùm adeò mordacem percipiunt, ſi ex aceto, vel vino elevantur. Porrò convenit, diligenter toto die contritam colliquare, & per noctem relinquere; poſtero die mane deinde auferre, aliumque mox ſuperinfundere; poſtea rurſus terere ſimiliter, iterumque ſequenti aurora liquorum emittere. Quod faciendum eſt, donec ſimul cum humore argenti ſpumæ quædam portio (achnerem hanc Græci vocant) appareat, cùmque nihil ampliùs innatat, nihil etiam magis effundendum eſt. Attamen conterere diebus pluribus oportet, etſi nihil ei inſiſtat: idque ſole fervente ſatius eſt. Ita enim accidit, vt medicamentum ſiccet valentiùs. Porro noverunt omnes id æſtate, non ſolum in argenti ſpuma, verùm in aliјs etiam, quæ hoc modo præparantur, fieri commodiùs. Siquidem Cadmia, æris ſquamma, Dyphryges, Ceruſſa, Miſy, Sori, Stimi, & omnes lapides, præterea Calx, perinde vt Argenti ſpuma, ex liquore aliquo prædicto eluuntur, ac lævigratur.* Hactenus Galenus.

## DE SENNÆ ELECTIONE.

Sennæ electio.

*Melior pars plantæ eius eſt folliculus, deinde folia. Sed tamen in eis eſt virtus debilis valde: & melior folliculus eſt, cuius color accedit ad viriditatem, & ſubnigredinem quandam: & in quo eſt de amaritudine res modica cum ſtipticitate; & quod eſt magis completus, & in quo ſunt ſemina ampla, compreſſa. Subalbidus autem non eſt bonus, & incompletus ſimiliter. Et meliora folia ſunt viridia; ſubalbida verò & tenuia, non bona: & antiquum ex eo eſt ſine ſpiritu, & ſtipites eius ſunt inutiles.*

### *EXPOSITIO.*

La mejor parte de la planta ſon los foliculos, y el ſegundo lugar tienen las hojas; pero tienen muy debil la virtud. El mejor foliculo es el de color verdinegro, cuyo ſabor es algun tanto amargo con eſtipticidad, que eſtà mas lleno, y tiene la ſimiente grande, y apretada. El blanquecino y vacio es malo: y las mejores hojas ſon las verdes: las blanquecinas, y menudas ſon malas. El Sen antiguo no tiene virtud, y los tronquillos ſon ſin provecho.

### *ANNOTATIO XXXVI.*

Vicinitate vnius plantæ ad aliã (vt iam diximus) meliores, vel deteriores evadunt: quia ipſarum virtus malefica, vel ſalubris, ipſas appropinquatæ afficit. Ideòque Sennæ Ruta vicina, vigorem addit. Non defuere, qui Sennam, & Coluteam eandem eſſe plantam exiſtiment; ſed magno in errore verſantur; nam Colutea frutex eſt, qui ad hominis menſuram creſcit. Senna verò parva herva eſt, quæ magnitudinem plantæ Ciceris non excedit, paucìſque vivit menſibus. Nonnulli codices vbi Meſue. ✠ Subalbidus autem non eſt bonus, & incompletus ſimili-

militer, pro incompleto completum habent. Sed vero & antiquiſsimo codice incompletus legitur.

### DE SPECIERVM SALIS electione.

Salis electio.

*SAlis famoſæ ſpecies ſunt quatuor; Sal Panis, Sal Gemma, Sal Napticus, & Sal Indus. Sal Panis alius eſt mineralis, durior, et amarior; alius Marinus, quem ſi aqua inveniat, facile diſsolvit. Sal Gemma verò eſt ſicut Cryſtallus ſcindibilis. Sal Indus alius ſubniger, alius ſubrufus obſcurus. Sal Napticus quoque niger eſt, habens odorem naptæ. Mineralis fortior eſt maritimo, & Sal Gemma eis, & Sal Napticus illis, Indus autem omnibus; & ſubrubeus melior eſt ſubnigro, & ſubniger eſt fortior, & omnis quantò amarior, tanto fortior.*

### EXPOSITIO.

LAs eſpecies de Sal mas memorables ſon quatro; conviene à ſaber, el Sal Pan el Gemmeo, el Naptico, y el Indo. Del Sal Pan ay dos diferencias, el vno es duro, y amargo, y el otro es marino, que echado en el agua, ſe deſata con facilidad. El Sal Gemmeo ſe parece al Criſtal, y es quebradizo. El Indo vno es caſi negro, y otro caſi roxo eſcuro. El Naptico tambien es negro, y tiene olor del bitumen llamado Naphta. El Sal Pan mineral es mas fuerte que el Marino, y el Sal Gemmeo mas que los dos, y el Sal Naptico mas que los tres, y el Indo mas que todos; y de ſus dos eſpecies el que es de color tirante al roxo, es mejor: y el que es caſi negro, es mas fuerte. Y generalmente en todas las eſpecies, el que fuere mas amargo, ſerà tanto mas fuerte.

### ANNOTATIO XXXVII

Sal quid.

SAl, Cælio Rhodigino authore, ſalſus humor ſiccatus, vel terræ combuſtæ ſpecies eſt. Multæ ſalis differentiæ, inter quas Agrigentinus appellatus, qui (authoribus Ariſtotele, cap. 105. & 106. de admirandis in natura; Solino cap. 11. lib. de rebus mirabilibus mundi, Plinio cap. 7. lib. 31. Aguſtino cap. 7. lib. 21. de Civitate Dei) in ignem iniectus ſolvitur, & contra omnium naturam, aqua irrigatus, veluti ſi alter torreatur, illicò crepitat, & ſtridorem edit.

Salem lavādi modus.

Sal in hunc modum lavandus. Salis quantitatem aliquam accipe, eumque pulverem in redige, & in vas vitreum, vel vitreatum inijce, ſuper quem quantitatem aquæ triplam fontanæ, vel pluvialis puriſsimæ transfunde. Hoc facto, ſimul velociter move, donec benè miſceantur, & diſſolutus ſal ſit. Tunc quieſcant, donec rectè, ſi aliquid arenoſum habet, ſubſideat; feſtuçæ, vel aliæ res immundæ innatent. Quod cùm factum ſit, ſiltro laneo ſubtiliſsimo colentur: & æſtatis tempore, vaſe vitreato amplo, loco meridiano, vbi ſol maiore vi calfacit, donec aquæ humiditas conſumpta ſit, ore vaſis lineo raro tecto. Poſtea ad vſum obſerva.

### DE NITRI ARABICI electione.

Nitri electio.

*BAurach aliud minerale, aliud artificiale. Minerale aliud Armenum, aliud Africanū, aliud Romanum, aliud Ægypticum. Armenum verò eſt laminoſum, album, habens permixtionem rubedinis, & aliquid purpureitatis: & eſt ſalſum, mordicativum. Aliæ verò ſpecies in his proprietatibus ſunt remiſsiores, & debiliores. Artificiale autem ſicut dicitur, eſt ſpuma Nitri, quæ eſt alba, lenis & ſalſa mordicativa. Et eſt aliud ſicut artificiale, quod eſt flos parietum, & eſt ſicut flos ſalis. Minerale eſt fortius artificiali, & Armenum eſt fortius Ægyptio, & Ægyptium Africano, & Romano. Et melius ex eis eſt, quod habet proprietates ſeptem: ſcilicèt quod eſt laminoſum, & quod eſt frangibile, & quod habet in fracturis ſuis lucīditatem; &*

quod

*quod eſt album, habens permixtionem rubedinis, & quod eſt ſalſum, & mordicativum. Ex artificiale, melius eſt flos parietis, & quod nitro fortius.*

### EXPOSITIO.

DEL Baurach vno es mineral, y otro artificial. El mineral vno es de Armenia, otro de Africa, otro de Roma, otro de Egypto. El de Armenia es laminoſo, blanco con alguna mezcla de los colores rubio, y purpureo, ſalado, y mordicante. Las demàs eſpecies ſon en eſtas propiedades mas remiſſas, y floxas. El artificial, ſegun ſe dize, es la eſpuma del Nitro, la qual es blanca, liviana, ſalada, y mordicante. Ay otro ſemejante al artificial, el qual es la flor de las paredes, y es como la flor de la ſal. El mineral es mas fuerte que el de Egypto: y eſte mas que el Romano, y Africano. El que tiene laminas, y es frangible, que en ſus quebraduras es luſtroſo, liviano, eſpumoſo, blanco, mezclado con el color rubio, ſalado, y mordicante, es el mejor. Del artificial es mejor el llamado flor de pared, y mas fuerte que el Nitro.

### ANNOTATIO 38.

A Græcis declinatur, à Latinis Nitrum. Quod nomen, mea ſententia, Græci ipſi dedere, non, ſed à verbo activo, quod idem eſt, quod à Latinis abluo, eoquòd purgandi, abluendi facultatē habet. Alij à Nitria Æxypti regione, qua nimia quantitas provenit, dictum eſſe putant.

## DE SARCOCOLLÆ ELECTIONE.

Sarcocollæ electio.

*SArcocolla eſt gummi arboris, quæ eſt ſicut frutex, & eſt ſpinoſa, cuius rami ſunt nodoſi, collecti ad arborem: & colligitur ex ea gummi, & eſt eius aliud album ſicut thus, & aliud ſubcitrinum. Fortius eſt ſubcitrinum albo: & quod eſt amarius, melius.*

### EXPOSITIO.

LA Sarcocola es goma de vn arbol, que es à manera de frutice eſpinoſo; tiene los ramos ñudoſos, rebueltos, ò apretados al propio arbol. Del qual ſe coge la goma, de la qual ay vna blanca aſsi como el incienſo, y otra algun tanto citrina: la qual es mas fuerte que la blanca: y quanto mas amarga, es mejor.

### ANNOTATIO XXXIX.

A glutinandis carnibus apud Græcos nomen habet: enim caro eſt, verbum actibum Glutino, ſignificat. Nutritur (vt inquit Meſue) in vaſe vitreo diebus quinque aſinæ lacte noviter effuſo quotidie, in ſcultella vitrea; & eſt medicamen bonū ad ægritudines oculorum. Siquidem occaſio opportuna nunc adeſt, nonnihil de nutritione agamus. Tria ad animalium nutritionem (teſte Ariſtotele cap. 4. lib. 2. de anima) requiruntur, ſcilicet, quod nutritur, & quo nutritur, & quod nutrit. Neceſſe etiā eſt, vt omne nutrimentum naturæ ſit talis, quæ digeri poſsit; tamen ad digeſtionem efficit calor, qua propter omne animal calorem habet. Hæc Ariſtoteles. Alimentum à nutritione mea ſententia differt, tamquam forē ab eſſe: nam ad nutritionem alimentum, etſi in potentia, non eſt in actu. Tres quidem actiones ad faciēdam nutritionem ſunt neceſſariæ: attractio ſcilicèt, alteratio & oppoſitio. Attractum enim alimentum certo temporis ſpatio coctione alteratur: alteratum verò, in ſimilitudinem partis, quæ nutrienda, traſmutatur. Cum iam paratum eſt ad nutritionem, apponitur parti, & appoſitio hæc verè nutritio appellatur.

Sarcocollæ nutritio.

Tria ad nutritionem neceſſaria.

Alimentū à nutritione quo differt.

In animalibus ætatis ratione nutritio differt; nam in eorum infantia, multum alimēti deſiderant, quod acceptum, non recte digerunt; ideo in eis excrementoſa eſt nutritio. Cum vi-

Nutritio ratione ætatum animaliū differt.

vigent, id quod benè concoquere poſſunt, appetunt: cuius ratione optimũ generant nutrimentum : ſenectute enim imbecillis fit nutritio propter caloris defectum. Hoc etiam in plantis accidit : ideò Theophraſtus, cap. 25. lib. 6. de cauſis plantarum inquit: *Novella enim planta alimentum excoquere nequit, vtpotè quæ plus attrahit quam poſſit conficere. Annoſa imbecillis penitus ob inopiam caloris inſita est: omnia quæ vigent præſtantiora.* Hactenus Theophraſtus. Propter alimenti defectum etiam aliquo anni tempore non in Vrſis, & alijs animantibus fit nutritio. Vrſi nam ipſi (authore Ariſtotele, cap. 17. lib. 8. de animalium hiſtoria) verno tempore cavernis ſuis conduntur, quibus diebus quadraginta latent, & toto hoc tempore nihil edere certum eſt. Vnde evidenter apparet, quod per huius temporis ſpatium, etſi aliquo humore in ſe ipſis contento, aliquo modo aluntur, non rectè ipſum nutriri: nam nutrimentum eſt (authore Galeno, lib. & cap. 1. de ſimpl. med. facult.) quidquid ſubſtantiam noſtram augere poteſt. Ob alimenti defectum non creſcunt, ſed minuuntur vrſorum carnes, dum in latibulo manent: ad nutritionem integram appoſitio localis nutrimenti integra eſt neceſſaria; ergo vbi appoſitio hæc deeſt, non eſt integra nutritio. Ex quo patet, quod Vrſi dum in latibulis manent, carent nutritione iſta : nam ipſi nimis macreſcunt, ac imbecilles reduntur. Id etiam ob dictam rationem ſerpentibus advenit : ideò non ſtatim cum à cavernis exeũt, ad medicinæ vſum capiendæ : ſed ipſas permittendum eſt aliquandiu aere frui, & conſueto cibo veſci. Qua de cauſa Galenus, lib. Antidot. 1. agens de modo quo paſtilli viperei præparetur, inquit : *Viperas non quemadmodum nonnulli media æſtate, nec tamen quum nuper ſeceſſum terræ reliquerint, venari convenit: etenim æſtate caro ipſarum eſt ſiti efficax: ſeceſſus tempore ſicca, frigida, et alimenti expers*, &c. Transſumitur & nutritio

Vrſi quo tempore nõ nutriuntur

Uiperæ ad paſtillos viperinos.

Nutritio tranſumi-

ad res inanimatas : vnde Cicero in Orat. *Sed* (inquit) *quòd educata huius nutrimentis eloquentia eſt, ipſa poſtea colorat, et roborat.* Præparationem Sarcocollæ Meſue etiam nutritionem appellat : ſed ad hanc faciendam, tria (vt initio diximus) conſideranda: ſcilicèt, quod nutritur, per quod nutritur, & quod nutrit. Quod nutritur, eſt Sarcocolla; quo nutritur, lac; per quod nutritur, eſt calor. Sarcocolla, quæ nutrienda, eligatur omnibus notis, quas in ſua electione ſcripſimus. Quo nutritur, eſt lac, quod nimia cura eligendum. Aſina, à qua emulgendum eſt, ſit florentis ætatis, hoc eſt, quatuor annos habens, electis alimentis, vt hordeo, & fœno alita; mediocriter labore & motionibus exercitata, & per quatuor, aut quinque mẽſes à partu diſtans. Optimum eſt omne lac, (vt generaliter loquar) nullam extraneam qualitatem odoris, vel guſtus habens, dulciſsimum, & ſibi ipſi continuum, & vt lacti convenit, ſplẽdens, & quod magis ſimiles partes habet, & quod non inæquale eſt. Ad hanc præparationem accipiatur lac ex aſina alba colore, nam hoc Canamuſali, lib. 2. de oculorum ægritudinibus authore præſtantius : quod filius Serapionis, cap. 33. tract. 7. agens de medicinis, quæ conferunt ad oculos, acrimaticone albo confirmat, dicens: *Recipe Sarcocollæ nutritæ cum lacte aſinæ albæ, omnium aña drachmas quinque*, &c. Quibus verbis non ſolum aſinę colorem, ſed amborum quantitates oſtendit. Qua propter quinta pars ponderit lactis, ad pondus Sarcocollæ accipienda, ſcilicet, vt Sarcocollæ vnciæ duæ cum ſemiſſe ſint, lactis vero vnciæ ſemis; quod ſuper Sarcocollam ipſam irrigandum, confeſtimque panno lineo raro tecta, vaſe vitreo, lati oris ſole ſiccanda iterumque, & tertio, quarto, & quinto ſimiliter novo lacte irroranda ac ſiccanda; & tandem vitreo vaſe, papyris mundis ore eius clauſo ad vſum ſervanda.

tur ad res inanimatas

Aſina quæ melius lac generat qualis.

Lactis electio.

Lactis quãtitas ad Sarcollæ nutritionem.

DE SAGAPENI ELECTIONE.

Serapini electio.

*SErapinum eſt gummi Albaſcebundeg, et eſt arbor ſimilis Oleandro montano. Melius eſt cuius color eſt inter ſubrubeum, et ſubalbidum, et quod habet odorem Porrorum, et quod eſt facilè reſolubile in aqua, et quod eſt clarum cum ſpiſſa ſubſtantia, et quod ex eo eſt levius, eſt melius, et quod non eſt in vehementia odoris Aſſæ, nec habens odorem Galbani, ipſum enim eſt ſicut adulteratum.*

*EXPOSITIO.*

EL Sagapeno, es goma de vn frutice Ferulaceo, ſemejante à la Adelfa Monteſina. El mejor es, el que tiene el color entre rubio, y blanco, y el olor de los Puerros; el que ſe deſata facilmente en el agua, y es claro con la ſuſtancia eſpeſſa, y es mas liviano, y que no tiene la fuerça del olor de la Aſſafetida, ni del Galbano, porque el tal es adulterado.

*ANNOTATIO XL.*

A Græcis dicitur Ferulacæ herbæ ſuccus, quæ, Authore Dioſcoride capite 95. lib. 3. in media naſcitur. Adulterabatur Galeni tempore (vt ipſe capite 11. lib. 1. Antidotorum Authore eſt) cum Galbano. Deinde (vt ipſe ait) Galbanum in Sagapenum tranſmutabatur; & Dioſcorides neſcio quid, inquit, inter Galbanum, & Laſer redolet, in quo contrarium à Meſue ſcripſiſſe apparet. Sed ſi accuratè amborum verba animadvertuntur, minimè vnum ab alio diſſentire videbitur; nam Meſue inquit: *Melius eſt, quod non eſt in vehementia odoris Aſſæ, nec habet odorem Galbani.* Dioſcorides verò non agit de odoris vehementia, ſed eligit id quod nonnihil odoris Galbani, & Laſeris habet.

Dioſcorides, & Meſue in electione Sagapeni côſentiunt.

DE EVPHORBIJ ELECTIONE.

Euphorbij electio.

*MElius eſt leve, frangibile habens colorem palearũ, & clarum, et quod eſt vehementis acredinis, et odoris valde acuti, et quod eſt recens, ſuper quod iam præterijt annus. Recens verò ſui anni eſt ſicut venenum, et ignis. Et eſt ex gummis, quæ diſſolvuntur in oleo, et propriè quod eſt recens; antiquum verò fortaſſis non diſſolvitur.*

*EXPOSITIO.*

EL Gorbion que es liviano, frangible, y tiene el color ſemejante al de las pajas, que es claro, y muy agudo en el ſabor, y olor, freſco, ſobre la colecciô del qual ha paſſado vn año, es el mejor. El freſco del miſmo año, es como veneno, y fuego. Es vna de las gomas que ſe deſatan en azeyte, principalmente ſi es freſco; porque ſucede no diſſolverſe el que es antiguo.

*ANNOTATIO XLI.*

*ET eſt ex gummis quæ diſſolvuntur in oleo, et propriè quod eſt recens; antiquum verò fortaſſis non diſſolvitur, &c.* In medicinæ vſu tria ſunt lacrymarum genera adhuc ab Authoribus ſcripta, quorũ vnum gummoſum, aliud reſinoſum eſt; tertium denique, quod ex reſinoſa, ac gummoſa ſubſtantia ſimul eſt compoſitum.

Lacrymarũ differentia.

Differentia inter Gummi, & Reſinam eſt, quod reſina ad oleaginoſam, gummi vero ad aqueam ſubſtantiam accedunt. Reſina enim igni accẽditur, vel ardet, gummi verò veluti & ipſi contrarium crepitat. Præterea re ſina aqua non miſcetur, & calfacto oleo facilimè; gummi verò è contra, non diſſolvitur oleo, ſed aqua, vel aqueo liquore. Reſina deinde in arboribus (Authore Theophraſto lib. & cap. 5. de cauſis plantarum) aſsimilatur pinguedini animalium; Gummi vero, vt Galenus ſcripſit lib. 7. de ſimp. med. facultatibus) lacryma eſt, con-

Reſinæ, & gummi differentia.

Gũmi quid

congelata concretaque in arborum truncis, ipſam producentium, veluti reſina quoque in multis viſitur, quæ reſinam poſſunt proferre. Reſina verò gutta tenax eſt, quæ ab arboribus deſtillatur in earum truncis, & fructibus reſidens, quæ oleo diſſolvitur; (ſed calfacto melius Authore Plinio cap. 20. lib. 14.) vnde differentia harum lacrymarum conſtat. Tertium vero genus eſt id, quod Reſinę, & Gummi naturã ſimul habet, ſcilicet, quod ſubſtantia aquea, & oleaginoſa conſtat. Ideoque pars ipſius vna aqua, pars alia oleo diſſolvuntur. Marcellus Virgilius cap. 42. lib. 3. Dioſcoridis com. de Aloe differens, ita inquit: *Fuerunt etiam qui Amphibion hãc dicerent, quod niſi eadem illa ratione dicatur, qua in genere animalium Amphibia à Græcis aliqua dicantur, incertam nobis cauſam habet*, &c. Ego verò Aloem non (vt Marcellus) Amphibiam, ſed hoc eſt dubiam lacrymam dicerem; nam hæc nec in reſinarum, nec in gummatum genere ſuam naturam eſſentiam, vel compoſitionem, ſed ex ambobus compoſitam habet. Hoc ex Dioſcoridis authoritate cap. 25. lib. 3. patet, vbi inquit: *Lavatur, vt quod ſit arenoſiſſimum, tanquam inutile ſubſideat, et leve, ac pinguiſſimum aſſumatur.* Coniunctio copulativa (ac) eſt quæ orationis diverſas partes coniungit: vnde leve (quod ita legendum, & non leve) à pinguiſsimo diverſum eſſe, evidenter apparet.

Lacrimarũ tertium genus.

Pinguedo quid.

Pinguedinem enim Græci, appellant, & teſte Plinio cap. 37. lib. 11. pars illa vnctuoſa, vel oleaginoſa eſt, quæ inter carnem, & cutem ſita eſt. Hæc aqua ſupernatat, & illa minime miſcetur, quia oleaginoſa natura conſtat: vnde Græci, id eſt oleum pingue, per apocopen dicunt, nam ad olei, quod alio pinguius eſt, demonſtrationem faciendam, nomen, ad iungunt. Vnde etiam patet Aloem duplici ſubſtantia, aquea, ſcilicèt, & reſinoſa conſtare, & præcipuè ſi recens eſt. Huius rei ratione Meſue cap. 1. de medicamentorum delectu, qui fit ſumpto iuditio, à propria ipſorum eſſentia, ita inquit: *Et ex rebus ſubtilium ſuſtantiarum inveniuntur et tenera, et tenacia: invenitur enim Aloem tenerum, et tenax*, &c. Tenax verò ad glutinoſum, reſinoſum, & pingue reducitur: ergo reſinoſa, ac pinguis Aloe eſt. Aliæ abſque Aloe ſunt lacrymæ, quæ aquoſam, & reſinoſam ad ſubſtantiam accedunt, de quorum numero Elatherium, Galbanum, & aliæ ſunt. De Elatherio Dioſcorides cap. 155. lib. 4. differens, inquit: *Quod lucernarum luminibus obiectum facile flagarat.* Et Meſue ſua electione ita ait: *Succus eſt albus habens de pinguedine aliquid*, &c. Vnde conſtat, quod pinguedinis ratione flagrat. Galbanum etiam, quia mediocriter reſinoſum, partim aqua, partim oleo diſſolvitur; & ratio eſt, quia ad gummatum, & reſinarum ſubſtantias accedit.

Lacrymæ, quæ reſinoſã, & aquoſam ſubſtãtiam habẽt.

Eſt mea ſententia quartum lacrymarum genus, quod oleaginoſam, & aquoſam, non reſinoſam ſubſtantiam obtinet, cuius eſſentiæ Euphorbium eſt; nam hoc non ita craſſum, ac reſinoſum, vt Galbanum; nam hæc differentia etiam in lacrymis, quibus oleaginoſa, & aquea ſubſtantia inveniuntur: ſiquidem nonnullæ magis oleagineæ, aliæ reſinoſæ ſubſtantiæ hærent. Euphorbium itaque magis vna cum aquea ſubſtantia, oleaginoſæ tenui, quam craſſæ reſinoſæ adhæret. Ideoque dum recens eſt, facilius diſſolvitur oleo, inveteratumque non ita facile. Nunc ad Aloes rationem redeuntes, dicimus quod ipſa, & omnes lacrymæ, quæ oleaginoſam, vel reſinoſam vna cum aquea ſubſtantiam habent, à Gręcis appellanda, ab, nam, ab, & ſi ab, ideſt dubito (quia an gumoſa, an reſinoſa ſint, in dubio poſitum eſt) non male derivatum nomẽ eſſe exiſtimandum. Ideoque Aloem, & ſi aqua lavetur, & aqua ipſa diffundatur, non niſi quod eius aquoſum eſt, diffunditur, & pingue, ac reſinoſum (quia non diſſolvitur) vaſe quo abluitur permanet; quo oculorum ægri-

Lacrymarũ quartum genus.

Aloe cur Amphidacron appellatur.

ægretudinibus,& olijs quibus purgatrix, facultas non deſideratur, medici vtuntur. Præterea (vt experientia docet) Aloe, quæ ſumma cute plantæ ipſius inciſa fit, maiorem reſinoſæ, ac glutinoſæ ſubſtantiæ quantitatem habet,quam ea quæ à folijs tuſis,& prælo expreſsis fit.

## DE OPPONACIS ELECTIONE.

Opponacis electio.

*MElius ex eo,quod eſt citrinum, et ſubalbidum intus, et quod eſt amarum,et quod frangitur, et facile diſſolvitur in aqua, et quod eſt odoris boni proprij.*

## *EXPOSITIO.*

EL mejor Oppopanaco es el de color cetrino, y por la parte interior inclinante al blanco, que es amargo, y con facilidad ſe quiebra, y deſata en agua, y tiene buen olor ſuyo propio.

## *ANNOTATIO XLII.*

DIverſa Panacis genera Theophraſtus capite 12. lib.9. de plantarum hiſtoria, & Plinius cap. 4. lib. 25.deſcripſere. Dioſcorides etiam cap. 55.lib. 3. generatria ſcriptis mandavit: primum, ſecundum, tertium denique, appellata. Oppopanax nomen compoſitum ex ab, nam, ſuccus, & planta, à qua colligitur, à Græcis vocantur. Ex herba ſuccus legitur, ipſo Dioſcoride Authore, quæ in Cyrene Libyæ, & Macedonia naſcitur: *Excipitur ſuccus* (vt ipſe ait) *inciſa radice recenti caulium pullulatu. Ea candidum ſuccum emittit, qui ſiccatus in ſumma cute croceum colorem contrahit. Simili modo caule meſsibus inciſo, profluentem ſuccum eximunt*,&c. Nunc vero, quia de ſucco, & caule mentio facta eſt, quid ſuccus,& caulis ſit,ſcriptis mandandum.

Succus quid

Succus duplici ratione conſiderandus, ſcilicet, proprie, & improprie. Improprie multa ex lacrymarum genere medicamenta,& liquamentorum ſuccos appellamus; vt & Dioſcorides diverſis capitibus facit. Galenus etiã Aphor. 64. lib. 5. Humores à bonis alimentis, qui generati, bonos ſuccos appellat. Sed hoc in proprie, vel largiter intelligendum eſt. Preſim verò qui extrahitur tantum humor ex integris plantis, prius tuſis, vel inciſis, ac viridibus, vel ex aliqua earum parte ſuccus appellatur. Succi enim, ſed non integra proprietate liquamẽta vocantur nam à ſuccis compreſſim dictis duplice ratione differunt. Prima, quia liquamenta ex plantis ſemine pregnantibus, vel ex earum radicibus, humore aliquo prius infuſis per aliquod temporis ſpatium extrahitur. Secunda, quia ſucci liquidi, cum oleo vaſis vitreis perfuſo,vel Melle, aut Sacharo ad iuſtam craſsitiem cocti ſervãtur. Liquamẽta enim per ſe ad Mellis ſpiſsitudinem cocta, abſque oleo conditorijs reponuntur.

Succi,& liquamẽta quo differunt

Lacrimarum differentia eſt, tum in modo ſubſtantiæ, tum coloris ratione. Lacteæ enim lacrymæ, quæ dum in ciſuris deſtillantur, vel liquoribus diſſolvuntur, lactis colorem,& eſſentiam repræſentant, vnde eis nomen datum. De ſubſtantiæ modo iam de electione Euphorbij agentes ſatis ſcripſimus. Et ſi Galenus, Dioſcorides, & alij Authores multoties lacrymas cum ſuccis confundunt,quid ſuccus ſit, Galenus ipſe aperte magis, ſed non omni diſtinctione, de ſucco Cyrenaico differens cap.40. lib.7.de ſimplic. medi. facul. oſtendit, ita dicens: *Porrò complures habentur ſucci. Quamvis namque radice inciſa, aut caule, quod ex vulnere craſſum, ac lentum fluit, ſuccus eſt.* Hæc Galenus. Qui libro nunc citato de Hedera agens,hęc verba ſcriptis mandavit: *Eſt enim velut aqueus quidam liquor, ſicut & aliæ omnes lacrymæ*,&c. Quibus verbis,ſuccum à lacrima craſsitie tantum differre;nam craſſum,& lentum ſuccum eſſe, lacrimam verò aqueam oſtendit.

Lacrimarũ differẽtia, coloris ratione.

Succus quo à lacryma differt ex Galeni ſententia.

*Cau-*

Calis quid

*Caulis*, Authore Theophraſto cap. 2. lib. 1. de hiſtoria plantarum, ideſt, *quod ſupra terram ſimplex aſſurgit, et in quod à radice alimentum defertur.* Hactenus Theophraſtus qui etiam inquit, caudicem ad fructices, & arbores, caulem ad herbas pertinere.

Caudex, & caulis ad quasplãteas pertinent.

DE MEZEREONIS ELECTIONE.

Mezereonis electio.

*MElius eſt habens magna folia, et ſubtilia, tenuia, et viridia, et quod oritur in locis liberis, et in vicinitate plantarum ſpeciei eius. Et quando oritur ex eo planta vna in toto ambitu loci, eſt mortalis. Et quæ oritur in locis termarum, eſt ſicut venenũ, et parva habens folia, et ſpiſſa, eſt malum, et ſimiliter habens criſpa, et aſpera, et quod eſt ſubnigrum ſimiliter.*

*EXPOSITIO.*

EL mejor Mecereon es, el que tiene grandes las hojas, delgadas, y verdes, y que nace en lugares libres, y acompañado de otras plantas de ſu eſpecie; porque quando nace ſola vna planta en grande circuito de tierra, es mortifera. Y la que nace en lugares maritimos, es venenoſa: Y aſsi miſmo lo es la que tiene las hojas pequeñas, creſpas, y aſperas, y tiene el color tirante al negro.

*ANNOTATIO XLIII.*

Medicamẽta quæ deterrima omnium.

MEdicamenta exactè acuta omnium ſunt deterrima, quia periculoſos effectus præſtant, veluti vſtionem, excoriationem, è quorum numero ſunt Mezereon, & Euphorbium. Nam acre facilè inflammatur, quia ſymbolum cum igne, & calore noſtro eſt; & ſymbola, Ariſtotele Authore, lib. de gener. & corruptio. facilius in ſe invicem traſmutantur. Et quod vnumquodque alio eſt calidius medicamen potentius attrahit. Aſperi & lævis iudicia (vt iam diximus) ſunt, nam aſperum ſiccius, læve verò humidius. Locus etiam multum ad medicamentorum malitiam, & benignitatem facit; nam a locis quibus naſcuntur, has conditiones ſortiuntur. In locis enim liberis plantæ proprietatem ſuo generi debitam aſſequuntur, Authore Theophraſto cap. 3. lib. 2. de hiſtoria plantarum, loca à locis, & aer ab aere differunt. Mezereon enim in calidioribus, & ſiccioribus locis natum, malum eſt, & perniciosum. Si ſingulare naſcitur, vel folia parva habet, criſpa, vel aſpera vt ipſe Meſue ait, mortiferum eſt; ideoquè, quia vicinitas, & multitudo, parvitas, & magnitudo vires plantarum per accidens mutant, & parvitas, & magnitudo ipſę, virtutis aggregationem, & diffuſionem faciunt: Mezereon comitatum, folia magna, & viridia lęviaque habens (vt pręſtantius) eligendum.

Foliũ quid.

Folia; mea ſententia indumentum, & ornamentum omnium plantarum ſunt, quibus ab aliquibus earum deciduis, quodammodo nudas nobis eſſe apparent. Ideoquè Cicero tertio de Orat. *Quid* (inquit) *in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia ſunt denique, niſi ſuam retinendam, conſervandamque naturam*, &c.

Folia quo tempore decerpenda, & quæ eſt eligenda.

Folia (vt iam diximus) ex perfectis plantis, cùm vigent decerpenda, exceptis oculis Populi, ad vnguenti Populei compoſitionem. Que colorem, odorem, in ſuo genere validiſſimum habent, vt pręſtantiora eligẽda; flaveſcentia quidem corruptionem, & nativi caloris defectum oſtendunt.

DE ESVLÆ ELECTIONE.

Eſulæ electio.

*ALſebran aliud eſt magnum, & alium parvum. Magnum eſt malum abſcindens viſcera; parvum verò eſt illud quod eligitur. Et melior pars plantæ eſt cortex radicis eius, & lac eius eſt acutius, & fortius. Et melior radix ipſius eſt, habens proprietates quinque bonas, ſcilicet, cuius cortex eſt ſubtilior, & levior, & facile frangitur, & eſt habens de rubedine*

*dine aliquid, ſicut Caßia proprie, & ſuper quam iam præteryt medium anni: recens vero menſis ſui tamen eſt mala, nigra vero eſt perniciosa, & orta in locis termarum ſimiliter. Et melius tempus collectionis radicis ipſius eſt principium veris, et lactis eius finis ipſius.*

*EXPOSITIO.*

DE La Eſula ay vna mayor, y otra menor. La mayor es mala, porque haze llagas en las entrañas: y la menor es la que ſe elige: la parte mejor de la qual es la corteza de ſu raiz, y ſu leche es mas aguda y fuerte: y la mejor raiz es la que tiene cinco propiedades buenas: conviene à ſaber, que ſu corteza ſea delgada, liviana, facil de quebrar, y que tenga el color rubio, ſemejante al de Canela, y aya paſſado medio año ſobre ſu colecciõ. La que nõ ha paſſado vn mes della, es mala, y la negra perniciosa: y de la miſma manera la que ha nacido en lugares maritimos: Y el mejor tiempo de coger ſu raiz, es el principio del verano, y de ſu leche en fin del.

*ANNOTATIO XLIIII.*

QVinta Tithimalorum eſpecies Cyparisſias dicta, quia magnam cum Pini folijs ſimilitudinem habet, quaſi parva Pinus dicitur. Radix huius plantæ ſub chamæpytis nomine à Nicolao Mirepſo Antidoto 30. & alijs etiam petitur. Etſi Fuchſius commento huius compoſitionis, inopinata ratione herbam Ibam eſſe opinetur, quem Ioannes Fragoſus (vt à cæco cæcus ductus) ſequutus eſt.

*Cuius cortex eſt ſubtilior*, &c. * Cortex authore Theophraſto, cap. 4. lib. 1. de plantarum hiſtoria, pars vltima eſt, & à ſubiecto corporeo ſeparabilis. Ita à nonnullis dictus, quia cor veſtit, ac involuit, quaſi cor tegens dicas. Hæc pars præſtantior in radicibus, authore Galeno, cap. 14. lib. 2. de Antidotis, vt in Andernaci legitur verſione ita dicentes: *In totum enim radicum cortices multò vtiliores ſunt earum medullis.* Ideòque Mathiolus Dioſcoridis præfationis commento, inquit: *Lignea matrix, quæ multis in radicibus includitur, omninò inutilis eſt.* Antonius Muſa examine ſyruporum ſuper acetoſum, prudenter ſolum hoc intelligendum eſſe, in aperientibus ac calidis radicibus aſſerit: nam quę frigidæ vnà cum meditulijs aſſumendæ: quod quidem rationi conſonum apparet.

Cortex quid. Radicum pars præſtãtior.

## DE DRACVNCVLIS ELECTIONE

Luf electio

*LVf ideſt Serpentaria, eſt planta, quæ dicitur collum Draconis, et ea alia eſt plana habẽs folia, alia criſpa: et radix planta eſt ad nigredinem attinens exterius, interius vero alba eſt. Criſpæ verò exterius cineritia, intus vero alba, et ad citrinitatem declinat: et ſuper vtriuſque radicem elevantur tyrſi, habentes maculas ad modum ſerpentis. Melior pars totius plantæ eſt radix, et melior radix eſt groſſa, completa, et orta in locis liberis: et melius tempus collectionis eius eſt ver, et principium æſtatis.*

Serpẽtariæ pars præſtã tior.

*EXPOSITIO.*

LA planta llamada Luf, que es la Serpentaria, es la que por otro nombre ſe llama cuello de Dragon. Ay en eſta planta diferencia, porque vna de ellas tiene las hojas liſas, y otra creſpas. La rayz de la liſa, es en ſu color inclinante al negro por de fuera, y por la parte interior blanca. La creſpa es por de fuera de color de ceniça, y en lo interior blanca, inclinante al color amarillo. Y ſobre qualquier deſtas rayzes ſe levantan vnos tallos q̃ ſon manchados à la manera del pellejo de las Serpientes. La mejor parte de toda la planta es la rayz, y la mejor rayz la grueſſa, llana, y nacida en lugares libres: y el mejor tiempo

de cogerla, es el verano, y principio del eſtio.

## *ANNOTATIO XLV.*

Dracunculi vice quid.

Id eſt hederaceo. Duo eius genera, vnum Dracunculus, alterum Arum à Dioſcoride cap. 196. & 197. lib. 2. nominata. Ari verò radix, ſemen, & folia Dracunculi vires habent. Plinius, cap. 16. lib. 24. Dracontij triplicem ſpeciem ſcripſit, dicens: *Id autem Græci Dracontion vocant, triplici effigie mihi demonſtratum eſt, folijs Betæ, non ſine thyrſo, flore purpureo: et hoc eſt ſimile Aro. Alij radice longa, veluti ſignata, articuloſaque monſtravere, tribus omnino cauliculis. Folia eius ex aceto decoqui contra ſerpentem ictus iuvantes: tertia demonſtratio fuit, folio maiore quam Cornus, radice arundinea, totidem vt affirmabant geniculata nodis, quot haberet annos totidemque eſſe folia*, &c.

## DE BRYONIAE ELECTIONE.

Brioniæ electio.

*ALſeſcera eſt planta, quam vocant Vitem albam, cuius radix eſt terrei coloris exterius, interius vero alba: et elevantur ſuper radicem eius ſtipites multarum involutionum ſuper alias arbores. Electio eius radix eſt cinericia exterius, et interius alba, non albedine prioris, et vocatur Cucurbita reptilium.*

### *EXPOSITIO.*

LA nueça es vna planta llamada Vid blanca: la rayz del qual es del color de tierra por la parte exterior, y por la interior blanca: ſobre la rayz de la qual ſe levantan vnos tallos que ſe rebuelven mucho ſobre otros arboles. La rayz que tiene el color de ceniça por de fuera, y es blanca por de dentro (no con la blancura de la primera, que es llamada Calabaça de Serpientes) es la mejor.

## *ANNOTATIO XLVI.*

VItis alba, quam Græci vocant, quidam Brioniam, & nonnulli Ophyſtaphylon, alij Mylotron, & Spſilothron, ab Avicenna Ferire nuncupatur, planta nimis communis, & omnibus ferè notiſsima eſt. Ideoque non opus eſt, vt de ea multum diſſeramus.

## DE CYCLAMINI ELECTIONE.

Cyclamini electio.

*ET invenitur ex eo magnum et parvum. Magni autem radix eſt in modum Rapæ rotundæ, cuius pars exterior eſt terra nigra, interior verò alba. Parvum habet radices ſubterraneas, plurimas in modum Avellanæ, et Cicerum. Vtrumque bonum eſt, et competit vſui medicinæ.*

### *EXPOSITIO.*

DEl Cyclamino ay dos eſpecies: vna mayor, y otra menor. La mayor tiene la rayz ſemejãte à la Rapa (llamada Navo redondo) por de fuera de color de tierra inclinante al negro, y por la parte interior es blanca. La menor tiene muchas rayzes ocultas en la tierra, las quales ſon ſemejantes à las Avellanas, y Garvanços. Las dos ſon buenas para el vſo de la medicina.

## *ANNOTATIO XLVII.*

Cyclamini folia.

CYclamine Dioſcorides, ca. 194 & 195. lib. 2. duo genera ſcriptis mandavit, dicens: hoc eſt, Cyclamynus folia habet hederæ, purpurea varia: & de ſecundo diſſerens, ait: id eſt, *Cyclaminus altera quam Ciſſantemon, aut Ciſſophilon vocat, folia habet hederæ, ſed minora*, &c. Nota planta eſt, ab Arabibus Arthanita appellata, cui à circulari, ſeu radicis rotundæ forma nomen eſt, Cyclaminos, datum, quod quia verbo activo, quod accuſativo iungitur, derivatur. De his plantis ſatis libro primo, quē lingua Latina typis excuſum edidimus, (vt ipſo videre eſt) ſcripſimus. — Arthanita.

DE

DE ARISTHOLOCHIÆ. electione.

Ariſtolo chiæ electio

*ARiſtolochiæ tres ſunt ſpecies, longa, & rotunda, & alia, cuius radix currit ſecundum ſemitam palmitum vitis. Complexio, & proprietas. Inquit Dioſcorides, omnes calide ſunt in principio tertij, ſiccæ in ſecundo: & videtur, quod longa ſit calidior, quamvis terreitas eius vincat ſuper terreitatem rotundæ: & videtur ex hoc quod rotunda ſit ſubtilior, quare ad omnes operationes promptior, &c.*

Ariſtolochiarũ qualis præſtantior.

*EXPOSITIO.*

TRes eſpecis ay de Ariſtolochia, conviene à ſaber, vna larga, otra redonda, y otra q̃ cria las rayzes ſemejantes à los Sarmientos de la Vid. Todas ſon calientes (ſegun dize Dioſcorides) en el principio del tercero grado, y ſecas en el ſegundo. La larga parece mas caliente, aunque tiene mas de la ſuſtancia de tierra que la redonda: por lo qual parece que la redonda es mas ſutil, y mas eficaz para todas las obras, &c.

*ANNOTATIO XLVIII.*

TRia Ariſtolochiarum genera à Dioſcoride cap. 4. 5. & 6. lib. 3. deſcribuntur, ſcilicet. Nicander in ſuis theriacis, rotumdam fœminam (vt Dioſcorides) longam vero marem vocat, ita dicens. Hoc eſt, radix autem maſculus, multis accipitur, pro forti, & vehementi, & quod virum decet. Plinius Clematitem cap. 8. lib. 25. & alijs anteponit, dicens: *Tertium longiſsimæ tenuitatis, vitis novellæ, cui ſit præcipua vis, quæ Clematicis vocatur, ab alijs Cretica.* Ariſtolochiarum vna pro alia ſubſtitui poteſt Authore Galeno, ita dicente: *Ex tribus ariſtoloquijs quæcunque fuerit ad manum, ſumatur*, &c. Sed mea ſẽtẽtia, ſi omnes adfuerint, quæ præſtantior fuerit ad aliquas ægritudines curandas, particulariter accipienda.

Ariſtolochiarũ ſuccedania. Gal. lib. 3. de comp. phar. ſecũd locos, & de dolore auris ex flatu.

DE RICINI ELECTIONE.

*ALbemeſuch dicitur proprie granum Regum, et eſt ex eo aliud magnum, aliud parvum, et dicitur quod magnum eſt Cherva.*

Ricini electio.

*EXPOSITIO.*

EL Albemeſuch, ſe llama propiamente grano de Reyes, del qual ay dos diferencias, vno mayor, y otro menor, y dizeſe que el mayor es la Cherva.

*ANNOTATIO XLIX.*

AVthor noſter Meſue horum fructuum electiones ſcriptis non commendavit. Quorum mea ſententia, qui plenus, levis, ponderoſus, cortice ſplendens eligendus. Maior à Ricini animalis ſimilitudine Ricini nomen vindicavit. Minor Lathyridis, fructus eſt, & è Tithymalorum genere, lactycineo enim ſucco abundat. Ideoque Dioſcorides cap. 167. lib. 4. Id eſt, Lathyris, quam & aliqui Tithymalum appellant, &c. Ambo medicamenta violenta ac moleſta, quia ſtomachum vehementer ſubvertunt.

DE GENISTAE ELECTIONE.

*ALbrahin eſt capiſtrum arborum, & eſt arbor montana, ſuper cuius ſtipite elevatur denſitas fuſtium multæ rectitudinis, & dum plicantur, non patiuntur fracturas. Vnde ligantur ex eis arbores. Et producunt flores figuræ Lunaris, citrinitatis multæ. Et proferunt foliculos ſecundum ſemitam Orobi, habentes ſemina diſtincta ſicut lentes. Sed in lingua Latina Geneſtra, ſive Myrica appellatur.*

Geniſtæ electio.

*EXPOSITIO.*

LA Retama es cabeſtro de los arboles, y es arbol monteſino, de los troncos de la qual ſalen

ſalen muchas varitas derechas, dificultoſas de ſer quebradas. Con ellas ſe atan los arboles, y producen vnas flores muy amarillas, y de figura de Luna, y vnas ſiliquas à forma de las de los Yerros, que tienen la ſimiente apartada, ſemejante à las lentejas. Llamaſe en la lengua Latina Geniſta, ò Myrica.

## ANNOTATIO. L.

HVius plantæ effigiem Meſue à Dioſcoride trāſcripſit, qui de ea cap. 158. lib. 4. differens, ita inquit, &c. hoc eſt, Spartion frutex eſt, longas ferens virgas, ſine folijs, firmas, fractu contumaces, &c. Differunt enim vero Meſue, & Dioſcorides in hoc, quod hanc plantam Dioſcorides ipſe fructicem, arborem vero Meſue appellant. Ideò quid arbor & frutex ſint, dicere operæ pretium erit. Arbor à Græcis, cu-

Arbor quid

ius appellatione plantæ maiores continentur, & diſſolutũ contumaces, quę ſimplici caude ramiſque more brachiorum porrectis aſſurgunt. De cuius diffinitione Theophraſt. cap. 5. lib. 1. de plant. hiſt. differens, ita inquit: *Arbor eſt, quod ab radice, caudice ſimplici, ramoſum, nodoſum, ſurculoſum, aut facile diſſolubile aſſurgat, ceu Olea, Ficus, Vitis. Frutex* ( ipſo Authore loco citato) *ſtirps eſt, quæ à radice caudice multiplici, ramoſoque ſe attollit, vt Rubus, Paliurus,* &c. Quæ

Frutex quid.

planta (vt Laurent. Valla lib. 4. ſcripſit) non ad iuſtam arboris magnitudinem aſſurgit, & ſtatura hermis nõnullis ſimilis eſt: ſed non areſcit, nec demoritur vt herba, ſed perennis exiſtit: dicitur à Græcis. Suffrutex plan-

Suffrutex quid.

ta eſt lignoſa, quæ ab radice pullulat, & minutis folijs conſtat: mediam inter herbam & fruticem naturam, & conſiſtentiam habens; quia lignoſos cauliculos ad modum fructicum tenet, & (vt herba) humilis ac brevis exiſtit.

A Græcis, à Latinis herba, plan-

Herba quid

ta eſt, de qua cap. 5. lib. 1. de hiſtoria plantarum agens Theophraſtus, inquit: ☼ Herba, quod ab radice foliatum, ſine caudice provenit, ſemenque caule ferat, vt frumenta, & olera. Hactenus Theophraſtus. Cui diffinitioni addendum eſt, ☼& omni anno decidua. Sicut maiores plantæ arbores, minimæ herbæ, appellantur: inter quas frutices, & ſuffrutices mediæ dicuntur. Exiccentur in locis ſuperioribus ædium, apertis feneſtris, non procul à ſole remotis, ſed vt moderatum eius calorem recipiant, à radicibus & folijs infirmis expurgatæ,

Herbæ quo modo ſiccandæ.

Quæ accuratè ſiccatæ, donec colorem, odorem, & ſaporem ſervaverint; papyris involutæ, & lineis funiculis obligatæ, ita vt earum odores non reſpirent, capſulis ligneis operculis probè tectis reponantur.

Herbarum repoſitio.

## DE ELLEBORI ELECTIONE.

*ELlebori duæ ſunt ſpecies: nam alius eſt albus, alius eſt niger. Niger vero incolumior eſt albo; imo minatur albus accidentia terroris: niger vero acquirit iuveneſcentiam & incolumitatem, & quod ex eo magis eligitur, proprie eſt, cuius ſapor eſt acutus, mordicans guſtum, & habens colorem ſicut Aſſarum proprie, & quod eſt frangibile, & medium inter ſubtile & groſſum, & medium inter recentem, & antiquum, & medium inter ponderoſum & levem: imò plus levis, quam ponderoſus: & qui eſt lævis carens aſperitate. Et melior pars totius plantæ eſt radix ipſius, & melior pars radicis ſunt fuſtes, & melior pars eorum cutis ipſorum, &c.*

Ellebori electio.

### EXPOSITIO.

DOs eſpecies ay de Elleboro, vno es blanco, y otro negro. El negro es mas ſeguro que el blanco, porque el blanco amenaza accidentes temeroſos. El negro adquiere al que le toma mocedad, y ſanidad: por lo qual es el que ſe elige. Ha ſe de eſcoger el que tiene agudo y mordicante el guſto, y el

el color à la manera del del Aſſaro, que es frangible, y tiene el medio entre gordo y delgado, entre freſco y antiguo: entre peſado, y liviano; empero ha de ſer mas liviano que peſado, liſo, y no aſpero. La mejor parte de toda la planta es la raiz, y la mejor parte de la raiz ſon las raizes delgadas que proceden de la grueſſa, y la mejor parte deſtas ſon las cortezas.

*ANNOTATIO LI.*

Hoc eſt, Elleborus albus folia fert ſimilia folijs Plantaginis, aut Betæ ſylveſtris, breviora, & nigriora, ac rubeſcentia. Niger verò folia fert viridia, Platano ſimilia, quod mentem avertit, quorundam ſententia Veratrum dicitur: Nigri quatuor Authore Reberto Dodoneo cap. 28. lib. de ſimp. purg. ſunt genera, præter illud tamen quod à Dioſcoride deſcribitur. Tria à Matthiolo, & alijs recentioribus aſsignantur, quorum omnium, quod flores purpureos profert, alijs præſtantius, & quod eligendum eſt. Radicularum cortices, cutim, & radiculas ipſas, quæ à magna & craſſa procedunt, fuſtes Meſue vocat. Modum excorticandi Veratrum iam ſcriptis hoc, & alijs operibus mandavimus.

Veratrum vnde dictũ.

Ellebori fuſtis.

*ANIMADVERSIO.*

CVm præter medicamentorum electiones à Meſue ſcriptas, aliæ apud alios Authores memorabiles inveniantur, viſum nobis fuit, hoc in opere eas, quæ magis ſcitu ſunt dignæ, tranſcribere, ab Ambra, quę æſtimabilis nimis, initium quartæ ſectionis aſſumentes.

# DE MEDICAMINVM DIVERSIS electionibus, quas diverſi, ac curioſi Authores ſuis ſcriptis mandavere.

## SECTIO QVARTA.

### *DE AMBRÆ ELECTIONE A NOBIS experta.*

Ad Ambram electio noſtra.

*AMbra eligenda eſt, glutinoſam, levem, non nihil oleaginoſam ſubſtantiam, colorem griſeum, electiſsimi fractique Rhabarbari colori ſimilem, aut ſaltem cinericium, odoremq; ſuaviſsimum habens, & quæ ſuper ignẽ impoſita, tota fere, etſi maiore mora veluti electa Cãphora ſublimata, in fumũ evaneſcit. Ea quæ reſidui multũ ſuper prunam deſinit, vitiata, aut ſordida eſt. Nigra, nec alba, nec ea, quæ digitorũ preſſione veluti cera maſſatur, bona.*

AN-

### *ANNOTATIO I.*

Ambra quid.

CIrca Ambræ generationem variæ, ac diverſæ ſunt opiniones: nonnulli Ballenæ ſperma, alij cuiuſdam magnæ bæſtiæ marinæ excrementum, alij ipſius maris quoddam ſpumæ genus, alij quoddam ipſius maris bitumem eſſe affirmant. Inter tot varias, ac diverſas opiniones, mea vero eſt, bituminis odoriferi quoddam eſſe genus; nam hoc ſua pinguis, ac oleaginoſa ſubſtantia aperte ſatis demonſtrat: eius ſiquidem ratione ſupernatat aquas. Fontium eam emanantium, quia in profundo maris ſuos ſitus habent, venæ nobis incognitæ.

### MOSCHO ELECTIO. competens.

Moſchi electio à nobis copulata.

*MOſchus minutis glebis, vel Xylocaractæ, id eſt ſi liquarum granis conſimilis, preſſu digitorum liqueſcens, ac diſſolubilis, colore flavus ad nigredinem inclinans pondere levis, & qui in humidũ vas immiſſus, levior evadit, quam qui gravior, ſubſtantiam oleaginoſam non nihil habens eligendus eſt.*

### *ANNOTATIO II.*

MOſchus in vmbilico Gacellæ (à recentioribus Græcis dictæ, quæ Capræ ſimilis eſt, vnico cornu armata, denteſque caninos habens ſpithamæ longitudinis, Cervorum colorem; Capreolo nonnihil maior, vngues multifidoſque) gignitur. Moſchi, & huius animalis hiſtoriam libri quadrupedum cap. 6. cura, ac diligentia iam ſcripſimus: Ideoque ad rem præſentem, quæ dicta ſunt, ſat ſint.

### DE SANGVINIS DRACONIS electione.

Sanguinis Draconis electio noſtra.

*LAcrymæ Draconis bonitatem, color, ſapor, pondus, & conſiſtentia declarant; nam electa colorem ſanguinis humani puriſſimi pellucidique, ſaporem nonnihil dulcem parva ſtipticitate habet: est & levis, fractu minime contumax.*

### *ANNOTATIO III.*

ARbor, ex cuius inciſione ſanguis Draconis lacryma dicta deſtillatur, magna eſt, folijs Iridis oblongis, ac viridibus, cortice tenue, qui facile inciditur. Vulnerata hac planta, liquor ſangnis Draconis dictus effluit: ab eo diverſus, quem ſanguinem Draconis in panem appellant. Huius arboris fructus Ceraſi magnitudinem habet, ſublataque eius pelle Dracunculi figura apparet, tanta proprietate à natura fabricata, ac ſi aperitiſsimo artifice operata fuiſſet. Huius lacrymæ, & arboris, à qua colligitur, hiſtoriã, libro, quæ lingua Latina typis excuſum ad lucem edidimus, prolixe ſatis ſcripſimus.

### DE CARDAMOMI ELECTIONE.

Cardamomi electio.

*ELigi debet* (inquid Dioſcorides cap. 5. lib. 1) *plenum frangenti contumax, occluſum fartumque (quod enim huiuſmodi non eſt, exoletum iudicatur) & guſtu acre ſubamarum, & odore caput tentans.*

### *ANNOTATIO IIII.*

CArdamomi ſemen ſiliquis naſcitur incluſum (vt Dioſcorides, & antiqui alij Authores teſtantur) ideo Leodiceus de Theriaces compoſitione diſſerens, ita inquit, id eſt, *Cardamomi repurgati, & à ſiliquis ſeiuncti, &c.* Ideoque cum abſolute cardamomum petitur, de ſemine tantum intelligendum eſt; nam Andromachus Cardamomi ſignificatione ſemen voluit dicens, hoc eſt, & Fœniculi ſemen, & Idæi Cardamomi.

Pro Cardamomo abſolute petita, quæ pars accipienda.

Semen (Marco Varrone teſte ca. 4. lib. 1. de re ruſtica) principium eſt gignendi: diffinitionem eius Macrobius

Semen quid & eius differentiæ.

bius cap. 16. lib. 7. Saturnal. ſcriptis mandavit, ita dicens: *Semẽ generatio eſt, ad eius ex quo eſt, ſimilitudinem pergens.*

Seminũ differentiæ. Non omnibus plantis ſemina eodem naſcuntur modo; nam quedam ſuis munda, vt Lithoſpermi, Fœniculi, Aneti: alia ſiliquis, vt Fabæ, Lupini, Ciceris, Cardamomi: alia corniculis, vt Fœnugræci, Sinapis, Meliloti: alia denique fructibus, vt Cydoniorum, Pyrorum, Limonum, & ſemina quatuor frigida maiora. Quæ fructibus naſcuntur, cum fructus ad vltimam maturitatem perveniunt, ſunt decerpenda: reliqua vbi ſiccari cœperint, prius quam defluant, Dioſcoride præfatione lib. 1. Authore. Semina (ex Galeni doctrina lib. Antid. 1. cap. 15. & libr. 1. Alimentor. cap. 10.) plena vegetave, quemadmodum etiam radices, extento cortice cognoſcuntur: *Porrò* (etiam inquit) *quod totum plenum eſt, & circunſcriptionem externam habet tenſam, melius eo eſt, quod gracile eſt, ac rugoſum: verum hoc quidem ſeminum omnium commune tibi eſto iudicium, niſi forte aliquando molem multo, quam pro ſua natura habeant, maiorem, ſintque molliora, ac laxiora: ſcito enim ea humiditatem habere ſuperfluam: prædictiſque eſſe deteriora.*

Semina quando colligenda.

Seminum electio.

## DE NARDI ELECTIONE.

Nardi electio.

D*Vo eius genera* (inquit Dioſcorides cap. 6. lib. 1.) *vnum Indicum, alterum Syriacum appellantur, non quod in Syria proveniat, ſed quod montis, in quo oritur, pars vna ad Syrios, pars altera ad Indos flectitur. Ex hoc Syriaci genere præcipuum eſt recens, & leve, largam gerens comam, flavum colore, per quam odoratum, ac Cyperum redolens, brevi ſpica, amaro ſapore, linguam ſiccante, quod diu in ſua odoris gratia permaneat*

### *ANNOTATIO V.*

TRia Nardi genera à Græcis diſtribuuntur, ſcilicet, Indicum, Celticum, & Montanum. Indicum omnium præſtantius; ideoque cum abſolute Nardus ab Authoribus petitur, Indica accipienda. An radix, vel ſpica ſit, noſtra Pharmacopæa Phylonij Tharſenſis commento aperte ſatis ſcripſimus.

## DE CASIÆ AROMATICÆ electione.

Caſſiæ ligneæ electio

Dioſcor. c. 22. lib. 1.

E*Ligenda eſt fulveſcens, pulchri coloris Coralli æmula, per quam anguſta, longa craſſa, & fiſtuloſa, guſtu mordens, & cum aliquanto fervore aſtringens; aromatica, vinoſo odore, cuius modi eſt, quæ ab incolis Achi appellatur, ab Alexandriæ negotiatoribus Daphnitis.*

### *ANNOTATIO VI.*

ARbor Caſiæ odoriferæ, oleæ magnitudinem fere multis ramis prædita rectis; folia laurinis colore, forma folijs Citri, flores candidos; fructum nigrum, ac rotundum Avellanæ magnitudine habet. A Galeno, Actuario, & alijs Græcis nonnunquam, id eſt Caſiafiſtula, aliquando, hoc eſt, Caſſia lignea, id eſt Caſsia nigra appellatur. Diverſis provenit è regionibus, ſed in Zeilan nata præſtantior alijs.

## DE JVNCI ODORATI electione.

Junci odorati electio

Dioſcor. c. 16. lib. 2.

J*Vncus odoratus eligendus eſt rufus, recens, floribus refertus, tenuis rubentibus fragmentis, qui, manibus confricando, Roſæ odorem emittunt, igneæ mordacitatis ad linguam. Floris, culmorum, radiciſque eſt vſus.*

### *ANNOTATIO VII.*

ANdromachus Senior ſuæ Theriaces compoſitione Juncum Arabicum petit, ita dicens, hoc eſt. Et Juncum Nomadum ſuffitum feras Arabum. Non enim multi ex Græcorum numero, cum

cum adiungebant, vt hac Andromachus compoſitione fecit, quia raró antiquis temporibus, flores apud eos conſpiciebantur, hoc eſt, Juncum ſuavem Hippocrates, Celſus veró Juncum rotundum appellant.

Juncus ſuavis, & rotũdus quis.

DE AGALLOCHI A NOBIS VSV comprobata electione.

Agallochi, vel ligni Aloes electio.

*NIgrum ad varium colorens declinans, pondere grave, ita vt in aqua coniectum, non innatat, ſed illico ſubſidet, & Prunis admotum liqueſcit; odoratiſſimæque Reſinæ nimiam quantitatem oſtendit; Agallochum electiſſimum eſt.*

## ANNOTATIO VIII.

LIgnum, de quo Dioſcorides differens cap. 21 lib. 1. inquit, hoc eſt, Agallochum lignum eſt, quod ex India atque Arabia deportatur: Aetius, & Actuarius, á ſimilitudine cum Aloes amarore, & recentiores lignum Aloes appellant. Crudum á nónullis petitur, non quia ſepultum (nam hoc ab incolis fit, vt meliorem ſibi odorem naſciſcatur) ſed quia non decoctum ſit, vt ex decoctione ipſius ſiccata, paſtilli odoriferi ad ſuffimentorum vſum (vt Indorum mos eſt) fiant. ¶ Lignum plantæ pars eſt firmiſsima, & vt oſſa in animalibus officium in ipſa faciens. In omni ſpecie, quod magis odoratum (ſi odore præditum) intenſum ſaporem, colorem, pondus ſua conſiſtentia habens, eligendum. Carioſum, nimis aridum, ac exoletum improbatur.

Ligũmquid & eius electio.

DE CROCI ELECTIONE.

Croci electio.

Dioſc. cap. 25. lib. 1.

*CRocum optimum in medendi vſu, Coryceum, recens, & boni coloris, paulum candidi gerens in capreolo, oblongum, omnibus ſuis partibus conſtans, non fragile, plenum, á quo detractum eſt nihil, quod madefactum manus inficit, nec ſitum redolet, aut cariem ſentit, ſubacre: ſin huius generis non eſt, aut vetus, aut humore perfuſum creditur.*

## ANNOTATIO IX.

CRocum Coriceum etiam ad ſuæ Theriaces compoſitioné Andromachus elegit, ita dicens, hoc eſt. *Et Croci, quem antrum nutrit Coriceum.* Noſtro ævo multis in Hiſpaniæ locis ſeritur, quod non Orientali deterius, ſed viribus proximum; ideoque eius vice vſurpandum.

Crocum noſtrum Oriẽtalis vice.

DE MYRRHÆ ELECTIONE.

Myrrhæ electio.

*MYrrha eligenda eſt*(inquit Dioſcorides cap. 78. lib. 1.)*recens, ſqualore obſita, levis, vndique concolor, quæ fractu venas vnguium modo candidas, & leves oſtendit, minutis glebis, amara, acris, odorata, calfaciens; ſupervacua, & inutilis eſt ponderoſa coloris picei.*

## ANNOTATIO X.

SPonſa, Sponſi virtutes, ac pulchritudinem, capite quinto libri Canticorum laudans, ad ſuavitatem labiorum, id eſt, ad verborum dulcedinem accedens, ita inquit: *Labia eius lilia diſtillantia Myrrham primam &c.* Vbi pro Myrrha prima electiſsima intelligenda eſt; nam huic primæ nomen proprie eſt, & præcipue, ſi Troglodytica. Hanc (vt præſtantiorem) ad ſuæ Theriaces compoſitionem Damocrates delegit, dicens. Hoc eſt, Myrrhæ Arabicæ Traglodytidæ drachmas decem. Hæc apud Dioſcoridem primatum habet, ideoque de ea cap. 78. lib. 1. differens inquit: *Dicitur ex eis aliqua Pediaſimos præpinguis, qua expreſſa, Stacte emittitur. Alia Gabirea, pinguiſſima, læto, & pingui ſolo naſcens, ea copioſam ſudat Stactem.* Et conſequenter inquit, hoc eſt, *Prima omnium autem, quæ Troglodytica appellatur.* Quem Plinius capite 16. libr. 17. ſequutus fuit dicens: *Troglodytica ſylveſtrium prima.*

Myrrha prima qualis.

DE

## DE STYRACIS ELECTIONE.

Styracis electio.

*STyrax lacryma eſt, arboris Malicotoneæ ſimilis: præfertur ſordeſcens, flavus, reſinoſus, albicantibus grumis, quam plurimum in ſua odoris gratia permanens, qui dum mollitur, melleum liquorem reddit: qualis è Catabalis Pſidia, & Cilicia devehitur.*

Dioſc. cap. 80. lib. 1.

### ANNOTATIO XI.

Arbor Styracis qualis

ARbor quæ Styracem gignit, Cydonio ſimilis eſt, vt ex Dioſcoridis verbi patet, dicentis, id eſt, *Styrax lacryma eſt arboris ſimilis Cydonio, &c.* Nonnulli Fuchſium ſequentes, Styracem Calamitem liquidum eſſe exiſtimant: non ſolum, quia in calamis advehitur, ſed quia Damocrates in quadam antidoti compoſitione, à Galeno poſt Mythridaticam ſcripta, liquidi ſtyracis drachmas quinque & tribolum habet. Sed mea ſententia, hoc exiſtimantes imponuntur, tum quod non Calamis Styracem, quia liquidus, recludebant; ſed quia ſuavis eius & aromaticus odor, longinquo tẽporis ſpatio cõſervaretur: quod (authore Teophraſto c. 16. lib. 11. de hiſtoria plantarum) faciebant, qui Dictãnum In creta colligebãt, tũ quia ex in docta carminũ verſione fundamẽtum ſumitnr: nam cum Damocrates ipſe ſequentia verba ſcripſit, non intellexit, quod Styracis liquidi quinque drachmæ & tribolum acciperentur, ſed deſtillati Stiracis, id eſt, guttarum ab arbore fluentium. Hac etiam ratione Dioſcarides Thus maſculum dici, id eſt inſtillatum, aſſerit, quod primatum habet. Simili modo, cum Thus liquidum ſit, Dioſcorides primum locum Styraci pingui, vel (vt in Ardinis Græcis codicibus legitur) quod nomen non ſolum pinguem ſignificant, ſed etiam maturum, formoſum, ac plenum dedit. Deterior ipſo authore niger, furfuroſus, friabilis, canoque ſitu obductus.

Styrax Calamita.

Styrax liquidus.

## DE THVRIS ELECTIONE.

Thuris electio.

*THus (vt author eſt Dioſcorides cap. 82. lib. 1.) primatum tenet maſculum, Stagonias appellatum, ſuapte natura rotundum; tale autem individuum eſt, candidum cum frangitur, intus pingue, in ſuffitu ſtatim ardens.*

### ANNOTATIO XII.

Thuris differentia ratione arborum ætatũ.

ARbor thurifera humilis eſt, cuius falia Lentiſci folijs ſimilia: quæ in Arabia frequẽtiſsima & præſtantior. Theophraſtus de Thure cap. 4. lib. 9. de hiſtoria plantarũ, inquit. ✝ Thus, quod ex arboribus, quæ adoleſcunt, colligitur, alijs albidius eſſe, minuſquè odoretius: & è contra ex antiquis, rufius, magiſquè odoriferum Indicum etiam fulveſcit, quod & rotundum arte ac induſtria humana multoties fit: nam id in quadrãgulares formas diviſum, fictilibus impoſitum, longiori temporis curriculo verſant, ipſum adulterantes, donec rotundas formas nanciſcatur. Sed huiuſmodi adulteratũ ſpatio temporis flaveſcit. Secundum locum Arabicum habet, & in Smilo naſcens, quod aliqui Copiſcum vocãt, minus multò, & flavius.

Thuris adulteratio.

Eſt & genus aliud, cui cognomen eſt, alioqui candidum: quod dum molitur, Maſtiches more digitis cedit. Adulteratur Thus Pini reſina & gummi, quod adulterium facilè deprehẽditur; nam ſuffitu gummi flammam non amittit, & reſina in fumum evaneſcit: Thus verò ſtatim ardet, & odor adulterium manifeſtat.

## DE MASTICHES ELECTIONE.

Maſtiches electio ex Dioſcoride

*OPtima & copioſiſsima in Inſula Chio provenit. Præfertur Nitedulæ modo reſplendens, & candore Thyrrenicæ ceræ ſimilis: adulta, retorrida, friabilis, odorata ſtridorem edens.*

AN-

### *ANNOTATIO XIII.*

PRo retorrida nonnulli, nigram Maſtiché intelligunt; ſed mea ſententia hallucinantur: nam quæ huius & viridis coloris eſt, ab omnibus improbatur, ( nam ita habet Dioſcorides ) enim non ſolum exuſta, ſed æſtuans, fervens, & coagulata concretaque ſignificat.

### DE OPIj ELECTIONE.

Opij elect. vt Dioſcor.

*OPium optimum habetur grave et denſum, guſtu amarum, odoratu ſoporiferum, quod facilè aqua diluitur; læve, candidum, neque aſperum, nec grumoſum, quod inter colandum non vt cera coeat, & in ſole diffundatur: deinde admotum lucernis, non atra luceat flamma; extinctum denique odoris vim conſervet.*

### *ANNOTATIO XIV.*

Opij genera.

OPij genera pro regionum varietate varia ſunt. Quod è Cairo noſtro ævo affertur, album aliquantulum apparet, & notis à Dioſcoridis laudato nimis correſpondet. Et id quod communiter eſt in vſu, Meconium potius quã Opium. Sed etſi Opium Meconio præſtantius, ad ſuæ theriaces compoſitionem Andromachus Senior Meconium eligit, ita dicens. Hoc eſt, æqualia autem ſucci papaveris contineat. Thebaicum Opium Galenus libr. 7. ſimplic. commendat. Adulteratur gummi Glaucio, aut ſylveſtris Lactucæ ſucco; verum id quod Glaucio fucoſum, in dilutione croci colorem reddit; lactucæ ſucco fucoſum exiliter ſpirat, & aſperius ſpectatur; gummi vitiatum ſplendeſcit, & infirmum eſt.

Opij adulteratio.

### DE CASTOREI ELECTIONE.

Caſtorei electio ex Dioſcoride.

DIoſcorides cap. 26. lib. 2. Caſtorei electionem in hunc mũdum ſcripſit. *Eligi debent teſtes, qui ex vno ortu connexi ſunt ( fieri enim non poteſt, vt gemini folliculi in vna membrana coniuncti reperiatur) liquore intus veluti ceroſo, odore gravi, & virus redolente, guſtu acri, mordente, ac friabile, naturalibus tunicis circundato. Quem fraude aliqui corrumpunt, conjcientes in follem gummi, aut amoniacum, cum ſanguine & caſtoreo ſubactum, & ita exiccantes.*

### *ANNOTATIO XV.*

FIbros canes Ponticos Servius com. lib. 1. Georg. Virgilij, quos Caſtoreos medici vocãt, eſſe dicit. De hoc differens animali Plinius cap. 30. lib. 8. inquit: *Eaſdem partes ſibi ipſi Pontici amputant Fibri periculo vrgente ab hoc ſe peti ignari.* Dioſcorides verò cap. nunc citato ita aſſerit. *Vanum eſt quod tradunt, teſtes ab ipſis evelli, & à ſe ſe abyci, quum venatu vrgentur: ſiquidem tangi nequeunt, ita vt in ſuæ ſubſtricti.* Hiſtoriam huius animalis libro noſtro de quadrupedibus ſatis amplam ſcripſimus: ideò de nonnullorum animaliũ partibus; ab eis quæ nunc de Caſtorio animali diximus occaſione accepta differendum. Fiber quod animal.

Animal à Græcis vocatur: & (vt Philoſophi diffiniunt ) animata ſubſtantia eſt, motu ſenſuque prædicta: ab anima nomen ſibi datum, nam omne animal anima conſtat. Animal vnde vocatum & quid ſit.

Raro integra quæ magna aſſervantur animalia, ſed Cantarides, quæ è frumentis congeſtæ ad recondendum idoneæ ſunt. Ipſæ enim fictili vaſe nõ picato conduntur, & raro lineo obligato ore, deorſumque converſo ſuper aceti ferventis acriſque ſuſpenduntur halitum, donec ipſius æſtatu exanimentur: poſtea lino transfixæ reponuntur. Cantaridũ præparatio.

Partes animalium ( vt iam noſtra pharmacopæa diximus ) ſumendæ ex integris, ſanis, iuvenibus, decollatis, non ab ægritudinibus occiſis, vt Avicenna cap. 6. lib. 2. tract. 1. literis cõmendavit. Aridæ quæ ſunt partes, vt vngulæ, dentes, maxillæ, oſſa, cornua, Animaliũ partes à quibus ſumendæ.

præ-

præparationem ſingularem non requirunt, niſi à membranulis diligenter purgentur, & id quod corruptioni omni obnoxium eſt, ab ipſis ſeparetur.

Partes molles alijs magis ſervantur, ideoque non terminus certus ſingulis præfiniri poteſt; nam propter cœli intemperiem, aut propter malam aſſervationem, citius corrumpuntur. Diligentia præparandi, reponendique multum ad durationem facit. Valent, & efficaces ſunt, quandiu nō corrumpuntur. Omnia medicaminū genera dum nativos ſapores, odores, ac colores obtinent, aſſervanda.

Quoſque medicamenta aſſervanda.

℞ PulmonemVulpis recentem accipe, & ab eo arteriam ſive fiſtulam extrahe, vinoque albo & odorifero mediocriter calfacto bis, vel ter lava: poſteà calfacta patella, vel ferventiſsimo ſolis calore ſicca. Deinde arido & frigido loco comis abſinthij ſatis ſiccis involutum, ne putredinem aliquam acquirat, vaſe vitreo repone. Sanat aſthma, & eſt medicamentorum vltimum, vt Rabbi Moyſes particula 22. teſtatum reliquit.

Pulmonis Vulpis præparatio, & abſtractio.

Ad Aſthma quid medicamen optimum.

Hepar Lupi, vt de pulmone Vulpis dictum eſt, (aut Abſinthij, vel Eupatorij liquoribus) lavetur, præparetur, ac ſervetur. In pulverem tenuem redactum fluxionibus aqua inter cutem laborantibus confert.

Hepatis Lupi præparatio.

Ex Hirco mediocris ætatis, colore nigro, non caſtrato, herbis calculos frangentibus, nimirum Fœniculo, Apio, Pimpinella, & alijs ſimilem facultatem habentibus nutrito, donec eius vrina nigreſcat; diebus canicularibus ingulato, medius fluens ſanguis aſſumatur. Vaſe vitreo, vel vitreato exceptus concreſcere ſinatur & aqueum, quod eſt in eo, affundatur: reliquum linteolo raro tectum, in ſole donec ſiccetur, reponatur: & vaſe vitreo obſervetur. Præparatur etiam ſuccis dictarum herbarum: ſanguine ſolis ardore conſumptis, vt noſtra pharmacopæa diximus.

Sanguinis Hircini præparatio.

Cerebella paſſerum vere, vel autummo captorum cum ovivitello ſole, vel patella calfacta ſiccetur. Ponaturque cerebella viginti duobus vitellis: quæ iam arefacta melle ſpumato cooperta vaſe vitreo ſerventur. Iuvant ad actum venereum.

Cerebellorum paſſerū præparatio.

Cerebellorū paſſerū vires.

Os de corde florentis ætatis extractum Cervi vino albo odorifero bis, vel ter lavetur, & ſuper cribrum ſetaceum ſiccetur, vaſeque vitreo ad vſum aſſervetur. Contra Cardiacam Paſsionem & Syncopim valet: præcipuè ſi in tenuiſsimum pulverem redactum, ſucco Coraginis diſſolutum ægroto præbeatur.

Oſſis de cor de cervi præparatio.

Oſſis de corde Cervi vires.

Monocerotis Equi & Aſini cornua omnium præſtantiſsima: nonnulli cor credunt tueri, venenorumquè vires obtundere, peſtilentium ac morborum perniciem lenire. De his Ælianus cap. 39. lib. 3. de animalium hiſtoria.

Monocerotis Equi, & Aſini cornua.

Ebur frigidum & ſiccum primo gradu, cordis robur tuetur, & conceptum adiuvat. Præpararetur vt iam ſcripſimus noſtra pharmacopæa, & libro de Quadrupedibus.

Ebur ad quid optimum.

Dentes columelares Apri proprietate quadam pleuritidi prodeſſe à nobis cognitum eſt: nam fluentem humorem incraſſant ac reſiſtunt in tenuiſsimum pulverem redacti. Decocto florum papaveris rubri diſſoluti ægrotis præbeatur drachmæ ſemis eorundem.

Apri fulmina.

Oſſa Lupi exiccata, & in pollinem redacta, ad morbum intercoſtalem, ad ictus & puncturas valent: authore Vue-Kero ſectione 22. libr. Antidot. ſpec.

Oſſa Lupi.

Cranij hominis in pollinem radacti drachmæ ſemis cum aqua Betonicæ aſſumpta comitialibus prodeſt. Primum autem aqua, deinde vino odorifero, & albo (vt facilius ad partem affectam penetrare queat, ad paralyſim Betonicæ vino) elvi debet.

Cranij hominis.

Cervi genitale tritum (Authore Dioſcoride cap. 43. libr. 2.) & vino potum, à Vipera demorſis auxiliatur.

Cervi genitale.

Cicadæ, quæ inaſſatæ mandun-tur

Cicadæ.

tur (ipſo Dioſcoride cap. 56. lib. nunc citati) veſicæ doloribus proſunt.

Oſſifragi venter. Venter eius avis, quam Latini (inhuit ipſe) oſsifragum appellant, particulatim potus calculos cum lotio pellere proditur.

Medullarũ præparatio & aſſervatio. Medulla ſic dicta, quod in oſsibus media ſit, vel quia (vt inquid Iſaac) media inter groſſam pinguedinem & ſubtilem vnctuoſitatem eſt. Accipiantur ex florentibus animantibus autumni fine, vel hyemis principio, & plenilunio: nam hoc tempore nullum fere ſanguinem habent medullæ. Laventurque (vt iam diximus) & folijs lauri ſiccis (vt inquit Galenus lib. 9. de ſimp. medic. facul.) reponantur.

## DE MARGARITARVM electione.

Plinius ſic ca. 35. lib. 9. *Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, lævore, haud promptis rebus: in tantũ vt nulli duo reperiantur indiſcreti. Vnde nomen vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ.*

### *ANNOTATIO XVI.*

*Haud promptis rubus, &c.* Hoc eſt, vix reperiuntur, in tantum, vt nulli duo ſimul in vna concha reperiantur. Vnde Solinus cap. 66. lib. de rebus mirabilibus mundi inquit: *In aqua mollit eſt vnio, duratur eviſceratus. Nunquam duo ſimul reperiuntur.* Plinius vero de his loco nunc citato differens, ita etiam ait: *Has* (ſcilicet conchas) *vbi genitalis anni ſtimulaverit hora, pandentes ſeſe quadam oſcitatione impleri roſcido conceptu tradunt, gravidas poſtea eniti, partuque Concharum eſſe margaritas, pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candorem conſpici. Si verò turbidus, fœtum ſordeſcere. Eundem pallore cœlo minante conceptum. Ex eo quippe conſtante, cœlique eius maiorem ſocietatem eſſe, quam maris, inde nubilum trahit colorem, vt pro claritate matutina ſerenum. Si tempeſtive ſatientur, grandeſcere & partus. Si fulgeret, comprimi conchas, ac pro ieiunij modo minui. Si verò & tonuerit, pavidas ac repente compreſſas, quæ vocant Phyſemata, efficere ſpeciem, v rum inani inflatam ſine corpore. Hoc eſſe concharum abortus. Sani quidem partus multiplici conſtãt cute, non improprie, vt manus callum dici poſsint.* Servius lib. 1 Æneid. & Placidus 6. Thebaidos aiunt, quòd Latini neutro genere margaritum, & Græci vnionem appellãt: Sabinus Pomponiusque Iureconſulti, margaritas nec gemmis, nec lapillis contineri ſatis conſtituiſſe aiunt, titulo ſecundo triceſimi quarti Digeſtorum, lege, Etſi non ſunt. Iqueoque, quid lapis propriè, & impropriè hìc à nobis differendum.

Lapidum genera. Lapidum genera ſunt numero quinque. Primum eſt id, quod omnes in ſe factitios continet. Aliud genus eorũ eſt, qui ex aliqua ſubſtantia facti ſunt, quæ antea lapidea non erat, vt qui ex ligno putrefacto, & cochleis fit, nam multa ligna, & cochleæ cum putreſiunt, in lapides tranſeunt. Tertium genus eorum eſt, qui ex plantis, vt Corallus, oriuntur: planta enim cùm ſit mollis ſub vndis, temporis ſpatio ab aquis ſeparata lapideam duritiem acquirit. Quartum genus eorum eſt, quod in animantibus generatur, vt lapis Bezohar, & Margarita. Quatuor hæc genera, improprie (& ſi aliqua ſimilitudine) lapides appellantur. Quintum genus eorum lapidum eſt, qui ſubterra coagulantur, & perfectionem acquirunt, qui proprie lapides appellantur: *Nam lapis* (Georgio Agricola lib. 1. de natura foſsilium teſte) *corpus eſt foſsile, ſiccum & durum, quod vel aqua longinquo tempore vix emollit, ignis vehemens redigit in pulverem.* Et quia ex prædictis quatuor generibus lapidum, nullum corpus foſsile eſt, hinc etiam eſt, quod veri lapides non ſint, qui ſub eiſdem numeris continentur. Lapis quid

Gemmarũ probatio. Margaritarum hiſtoriam libro noſtro de Conchis ſatis amplam ſcripſimus, ideoque gemmarum probationem, (vt à Plinio cap. 13. lib. 36. ad

M lucem

lucem edita eſt) tranſcribamus. *Trāſlucentes (inquit) matutino probari cenſent: aut ſi neceſſe eſt, in quartam horam, poſtea vetant. Experimenta pluribus modis conſtant. Primum pondere, ſi graviores ſentiuntur, poſt hæc corpore. Fictitijs puſtulæ in profundo apparent, Scabritia in cute, in capillamento fulgoris inconſtantia, priuſquam ad oculos perveniat deſinens nitor. Decuſsi fragmenti paulum, quod in lamina ferrea teratur, efficaciſsimum experimento excuſant mangones gemmarum. Recuſant ſimiliter, & limæ probationem. Obſidianæ fragmenta veras gemmas non ſcarificant. Fictitiæ ſcarificationis candicantiam fugiunt. Tantaque differentia eſt, vt aliæ ferro ſcalpi non poſsint, aliæ non niſi retuſo verum omnes Adamante, plurimum vero in his tenebrarum proficit fervor.* Hactenus Plinius.

Lapides an virtutes obtineant.

Nonnulli eorum, qui Medicam artem profitentur, cæca quadam opinione lapidum virtutes, ac facultates negant: ſed à Salomone adverſantur de lapidibus libro dicente: *Magna eſt diverſitas virtutum in lapidibus, quidā gratiam dominis tribuunt, quidam igni reſiſtunt, quidam amabiles faciunt portantes, alij ſapientiam dant: quidam tempeſtates marinas ſedant, alij agunt, vt mariti mulieres diligant, &c.* Sed quid opus eſt teſtibus, vbi adeſt rerum omnium magiſter, experientia? Quis erit tam excors mentis, & iudicij orbatus, qui non conſideret, nihil à natura fruſtrà productum eſſe? Lapis enim cæruleus (vt quotidie experimur) vſtos humores, & melancholiam purgat: affectibus melancholicis nimis confert, à lepra præſervat, quartana ſanat, tremori cordis prodeſt, cor roborat, & eius noxas aufert, animam exhilarat. Has, & alias facultates hic lapis, & Armenus habent. Magnes etiam (Authore Dioſcoride lib. 5. cap. 148.) cum aqua mulſa datus trium obolorum pondere craſſos educit humores. Ideoque pretiū operę non erit, vt rem tam evidentem magni faciamus, ſed electionem alterius lapidis petamus.

## DE SAPPHIRORVM electione.

Spphirorū electio.

*SApphirorū duo præcipua diſcrimina reperiuntur, ſcilicet, Indicum, ſeu Orientale, & quod Pedium à loco ſuæ generationis appellatur. Quorum quod Orientale vividum, & colorem ſereniſsimi cœli habens, aureis punctis collucens eligendus eſt.*

### *ANNOTATIO XVII.*

Sapphirorū vires, vt Authore eſt Dioſcorides.

(Authore Dioſcoride cap. 157. lib. 5.) ideſt, Lapis Sapphirus percuſus à Scorpione potu prodeſſe exiſtimatur. Lapis hic auri fodinis invenitur. Ideo pacientiſsimus Job cap. 28. * Locus Sapphiri lapides eius, & glevæ illius aurum.

## DE SMARAGDORVM electione.

Smaragdorum electio

*ELectitiſsima Smaragdus eſt, quæ virentiſsima, lucidiſsima, ac puriſsima, & quæ abſque vlla miſtione exiſtit: ſuoque virore oculos conſtanter explet, ac ſatiat, viciniumque aerem propria tinctura inficit, ſuoque virente fulgore ſemper irradiat, & maiorem duritiem inter ſuæ ſpeciei lapides habet.*

### *ANNOTATIO XVIII.*

Smaragdorum nobilitas qualis.

QVæ à Græcis, Latinis Smaragdus, ſimiliter, gemma viridis, & traslucida, ac in ordine gemmarum tertiam nobilitatem obtinens (vt ab omnibus compertum eſt ( appellatur. De qua Plinius capite 5. lib. 37. diſſerens, ita inquit: *Tertia authoritas Smaragdis perhibetur, pluribus de cauſis Nullius coloris aſpectus iucundior eſt. Nam herbas quoque virentes, & frondes avidè ſpectamus: Smaragdos verò tanto libentius, quoniam nihil omninò viridius comparatum illis viret, &c.* Solinus etiam ita de Smaragdo capite 25. libro de rebus mirabilibus mundi differens inquit: *Smaragdis hic locus patria eſt, quibus tertiam inter lapides*

*pides dignitatem Theophraſtus dedit. Nã licèt ſint & Ægyptij, & Chalcedonij, & Medici, & Laconici, præcipuus tamen eſt honor Scythicis. Nihil iucundius, nihil vtilius vident oculi. In primis virent vltra irrigua gramina, vltra amicas herbas. Deinde obtutus fatigatos caloris refigiunt lenitate. Nam viſus, quos alterius gemmæ fulgor retuderit, Smaragdi recreant, & exacuunt. Ne aliam ob cauſam placuit, vt non ſculperetur, ne offenſum decus imaginum lacunis corrumperetur, quanquam qui verus eſt, difficulter vulneretur. Probantur hoc pacto, ſi aſpectus traſmittant, ſi cum globoſi ſunt, proxima ſibi inficiant aere repercuſſo, aut cum concavi ſunt, in ſpectantium facies æmulentur; ſi neque vmbra, nec lucernis, nec ſole mutentur. Optimos tamen ſortiuntur ſitus, quibus planities reſupina eſt, &c.* Duodecim Smaragdorum genera Authore Plinio, loco nunc citato ſunt.

Smaragdorum probatio.

## DE TOPAZIORVM ELECTIONE.

Topaziorũ electio.

D*Ifferentia Topaziorum duplex, quarum vna Praſoidis, hoc eſt Porracea, alia Chryſopteris, à filicis plantæ virore appellatæ. Orientalis Topatius auri puriſsimi colorem, parva viriditate permixtum (etſi limam ſentit) maioremque in ſuo genere duritiem, ac traslucidam ſubſtãtiam habens, eligendum eſt.*

## *ANNOTATIO XIX.*

Topaziorũ genera.

GEorgius Agricola tria eſſe Topaziorum genera, quorũ vnũ Praſoidem, aliud Chryſopteron, tertium denique in Dacia repertum, collorem pallidum ad luteum inclinantem habens, id eſt, Praſon dicitur. De Sapientia agens divinus Iob cap. 28. inquit: *Non adæquabitur ei Topazius de Æthiopia, &c* Vnde præſtantiores qui ab hac regione preveniunt eſſe apparet.

## DE RVBINORVM ELECTIONE.

Rubinorum electio.

I*N Rubinorum genere candicantes, alij ex purpura candicantes, alij qui media parte rubent, & altera candicant, alij denique ab iſtis diverſi reperiuntur. Laudantur magis, qui in tenebris emicant, ac ſcintillant, ſimpliciſsimamque ſubſtantiam habentes, ignem minimè ſentientes, purpereum colorem inuiolaceum diſidentem tenentes.*

## *ANNOTATIO XX.*

Ceraunia gemma.

IN gemmarum numero Ceraunia eſt, quæ à Græcis appellantur hæc locis tantum, quos conſtat fulmine tactos (vt aiunt) invenitur. Vnde ex Græco ſermone, id eſt, fulmen ſibi nomen datum, nam quod nos fulmen, Græci ipſi, dixere. Colore eſt Pyropo ſimilis, id eſt igneo aſpectu. Qualitas igne probatur, nam ſi lapis hic eum ſine ſui detrimẽto perfert, adverſus vim fulgurum creditur opitulari. Miraculoſas huius vires ex Evacis authoritate Marbodæus ſuis ſcriptis mandavit. Differens etiam de combuſtibilibus cap. 9. lib. 4. Meteor. Ariſtoteles præſtantiſsimæ Rubinorum ſpeciei mentionem fecit dicens: *Combuſtibilia autem eſſe videntur, quæcumque corpora in cinerem reſolvuntur: id quod omnibus obvenit, quod vel calore, vel vtroque, calore & frigore coguntur: nam hæc ab igne evinci conſpiciuntur; at è lapillis gemma illa, quem Carbunculum nuncupamus, minimè eum ſentire videtur.* Hactenus Ariſtoteles. In Sapphirinis fodinis etiam naſcitur, ideoquè vna parte aliquando Sapphirorum, Rubinorum altera eſſentiam, ac ſubſtantiam repræſentant.

Cerauniæ gemmæ probatio.

Combuſtibilia quæ.

Carbunculus non ſentit ignem.

## DE HYACINTHORVM.

Hyaccinthorũ electio

H*Yacinthus à ſimilitudine ſui nominis floris vocatur. Triplex eorum differentia, vna quæ ad rubrum plus colorem inclinatur, alia quæ cum fulvo croceum repræſentat, tertiæ verò, quæ è fulvo ad cæruleum anhelationem fert: unde Hyacinthi Sapphirini nomen ſibi danum. Præſtan-*

*ſtantior, nec denſiore ſucco ſit obtuſior, nec propenſa perſpicuitate dilucidior, ſed ex vtroque temperamento lucis, & purpuræ moderatum ſuauiter colorem trahit. Hic eſt qui auras ſentit, & cum cœlo mutationes facit, nec æqualiter rutilat cùm nubiloſus eſt, & ſerenus dies. Præterea in os miſſus magis infrigidat.*

### *ANNOTATIO XXI.*

Hyacintor. ſpecies.

TRes Hyacinthorum ſpecies Serapio c. 398. tract. de ſimp. ex mineralibus (vt alij multi Authores) ſcripſit, ita dicens: *Hageriacot, id eſt lapis Hyacinthus, ſpecies eius ſunt tres. Vna earum eſt coloris rubei. Secunda coloris citrini. Et tertia eſt coloris Chabali, & coloris Antimonij. Sunt autem quidam alij lapides propinqui in eius colore, adeò quod videantur eſſe eiuſdem ſpeciei cum eis, ſed non habent operationes iſtorum. Et rubeus eſt melior alys, quia cum incenditur ignis, ſuper eum rubeſcit multum. Citrinus verò poteſt ſtare minus ſuper ignem quàm rubeus. Sed Chabali nequit ſtare ſuper ignem, quia deſtruitur ſtatim.* Adhuc Serapio. Naſcuntur lapides hi in Cananor, & Calecut, ac nonnulis Hiſpaniæ locis, notiſsimi ferè omnibus, ideoque parum de eis diſſerendum.

### DE GRANATORVM electione.

Granatorũ electio.

*GRanatus, qui magis ad verum Carbunculum accedit, graniſque maturis Malipunici viſu aſsimilatur, nimiſque denſam habens ſubſtantiam, eligendus.*

### *ANNOTATIO XXII.*

GRanatorum differẽtia triplex, quarum prima rubra obſcura, ſecunda rubra aliqua citrinitate Hyacintho aſsimilans; tertia rubra ad Amethiſti colorem inclinans. Lapides hi inter Rubinorum ſpecies ab Authoribus ſcribuntur, ſed eis magis terrea ſubſtantia conſtat. Vilißimi ſunt pretij; nam eorum luxuria (etſi inter pretioſos lapides annumerantur) eos vileſcit.

### DE CORALLORVM electione.

Corallorum electio

*COrallorum ab vno, & eodẽ principio tres adſunt differentiæ, ſcilicet alba, rubra. & nigra. Alba immatura, rubra matura, nigra matura nimis. Laudatiſsimus* (Authore Dioſcoride capite 39. lib. 5.) *lapis hic, qui rubens, colore Anthraci, aut Sandycis ſaturatæ, nec ſecus terenti facilè cedens, æquabile vſquequaque concremento; rurſus Algæ, aut Fuci marini odore, quàm ramoſiſsimus, forma fruticis, Cinnamomi æmulus. Corallum quod autem in lapidis duritiem coit, ſcrupuloſum, inane, & lacunoſum vitioſum exiſtimatur.*

### *ANNOTATIO XXIII.*

Corallũ vnde dictum.

Id eſt à tonſura, ſive à radendo appellatur. Marinus fructus eſt Corallum, vaccaſque candidas (Authore Theophraſto in tractatu de gemmis) fert; naſcitur in Mari Rubro, ſed vilius, laudatius in Oceano Septentrionali iuxta Orchadas inſulas; item in mare Siculo circa Heliam, & Dropanum. Tactu protinus ſi vivat, lapideſcere aiunt. Ab aliquibus, Dioſcoride Authore loco nunc citato, id eſt lapidea arbor dicitur. Ovidius de eo lib. 15. Metamorpho. diſſerens, ita inquit: *Sic, & coralium quo primum contigit auras, Tempore dureſcit, mollis fuit herba ſub vndis.* Avicenna ca. 124 lib. & tract. 2. frigidum in primo, ſiccum in ſecundo gradu eſſe, quod omnibus notiſsimum medicamen, dupliciter l. à multis (vnde Dioſcoride) ſcribitur.

### DE SARDÆ ELECTIONE.

Sardæ elect.

*Sive Sarda, gemma vulgaris eſt, parum pelucida; quæ rubedine diluta carnis colorem refert; primatum habet, præcipue ſi luciditate levis eſt.*

AN-

### *ANNOTATIO XXIIII.*

SArda, vel Sardius inter ardentes gemmas enumeratur, cuius (Authoribus Marbodęo Gallo, & Camillo Leonardo) quinque ſunt ſpecies: & inter Gemmas (Authore Solino cap. 20. lib. de rebus mirabilibus mundi) viliſsima eſt. Eius primi inventores Sardi fuere, ſed non hac ratione, ſed à carnis colore, quem habet, quæ à Græcis, dicitur, nomen ſivi vendicavit. Facile Scalprum admittit, vnde in obſignandis literis magnus eius vſus.

### SARDONICHOS ELECTIO.

Sardonichos electio *SArdonix lapis, qui carnis, & vnguis humani colores quadam anhelatione magis diſtinctos, ac ſimiles habet: ſi nec colorem ſuum ſpargit in proximum, nec ipſe ex altero mutuatur, præſtantior.*

### *ANNOTATIO XXV.*

Sardonix vnde nomē. SArdonicos nomen, duo nomina, componunt. De Sapientia diſſerens Pacificus Iob cap. 28. huius lapidis mentionem fecit, dicens: *Non confertur tinctis India coloribus, nec lapide Sardonico pretioſiſſimo, vel Sapphiro.* Ideoque non mirum erit, ſi lapis hic inter pretioſiſsimos numeretur; nam præter Iob authoritatem (vt nonnulli aiunt) geſtātem caſtum, & pudicum reddit. Superficies eius probatur, ſi meracius rubeat; fæculentior improbatur.

### DE SVCCINI ELECTIONE.

Succini electio. *SVccinorum* (Authore Plinio cap. 2 lib. 37.) *multæ ſunt differentiæ. Summa laus Falerno, à vini colore dicto, molli fulgore perſpicuo.*

### *ANNOTATIO XXVI.*

Succinus vnde nomē trahat. A Græcis, quaſi colorem auri gerens, Latinis Succinum à ſucco appellatur. Arboris ſuccum eſſe, capte 2. & 3. lib. 37. ait: & huius arboris eſſe in attritus odore indicium. Sed ſi aliter res ſe habet, bituminis cuiuſdam genus eſſe, viſum nobis eſt. Servius ſuper libro 8. Æneidos Virgilij, tria eius genera. Vnum ex arboribus, quod Succinum dicitur; aliud quod naturaliter invenitur; tertium quod fit de tribus partibus Auri, & vna Argenti ſcripſit. Sed ſi hoc ita fuiſſet, magno venundaretur pretio. Divus Ambroſius, ita de eo diſſerens, inquit. *Quid tibi referant, quod Electrum lacryma virgulis ſit, & in tantæ materiæ ſoliditatem lacrima dureſcat?* Non levibus id aſſeritur teſtimonijs, quando folia, aut ſurculorum minutiſsimæ portiones, aut exigua quadam animantium genera in Electro ſæpè reperiuntur, quæ videntur cùm adhùc gutta eſſet, meliora accepiſſe. Dioſcorides cap. 114 lib. 1. Populi lacrimam eſſe quorundam ſententia inquit, ita dicens: *Lacrymam Populorum commemorant, quæ in Padum amnem defluat, durare, ac coire in ſuccinum, quod Electrum vocant, alij Chryſophorum. Id attritu iucundum odorem ſpirat, & Aurum colore imitatur: tritum potumque ſtomachi vētriſque fluxiones ſiſtit, &c.* Huius hiſtoriam prolixe ſatis libro de animaliū hiſtoria noſtra ſcripſimus.

### DE LAPIDIS BEZOHARIS electione.

*BEzohar lapis, qui laminulis multis (vt Cæparum tunicis) conſtat, alia aliam implectentibus, ſplendentibusq; (et cū frangunſtur lamilullæ ipſæ, in fracturis quaſi villum ſplendidiſsimum, & inæquale apparet) lævis, inter lapidum, & terræ duritiem habens: nullum lapillum in medio, nec rem aliam, ſuper quam formari poſsit, ſed cavus, & pulverem herbarum, ab animali, ex quo extrahatur depaſtarū obtinens, eligendus eſt.* Ad lapidē Bezoharem electio noſtra.

AN-

## ANNOTATIO XXVII.

Lapidem h° rum forma

LApidis huius varia eſt forma, ac varius color, ſed magna ex parte ex viride nigricat, ad Malorum inſanorum ſimilitudinem, qui vt præſtantior eligendus. Ex varijs, ac diverſis animalibus eximitur, ſed verus, & vtiliſsimus, ex animali Cervi, & Capri formam, cornibus in deorſum reflexis, habens, quod ab incolis Capra montana appellatur, Græciſque, ſi ab eis cognitum fuerat, dicendum. Huius animalis hiſtoriam libri quadrupedum noſtri cap. 37. literis commendavimus.

## DE MAGNETIS ELECTIONE.

Magnetis electio.

*MAgnes lapis,* Authore Dioſcoride cap. 148. lib. 5. *primus eſt, qui ferrum facile trahit, colore ad cæruleum vergente, denſus, nec admodum gravis. Datur cum aqua mulſa trium obolorum pondere, vt craſſos humores eliciat.*

## ANNOTATIO 28.

A Græcis, Latinis etiam Magnes, ab inventore nomen habet. Lapis eſt ferruginei coloris, in Indico mare copioſiſsimus. Attrahendi ferrum naturam peculiarem habet, & qui maiore vi ipſum attrahit, eo præſtãtior. Lucretius lib. 6. à patria, hoc eſt à Magneſia ſic vocatum fuiſſe ait. Albertus Ariſtotelis authoritate, Magnetis genus eſſe inquit, cuius pars vna ferrum attrahat, altera ipſum abijciat: & eſſe magnetis genus aliud, quod hominum carnem, non ſecus ac ferrum ad ſe trahat. Hoc lapidis huius genus, mea ſententia, in emplaſtri ad matricem compoſitione (vt noſtra Pharmacopæa ſcripſimus) inijciendũ. Contrariam Magnetis vim Theamedes lapis habet, nam ferrum abigit. Hæc genera Magnetis tria Cardanus lib. 7. de Lapidibus literis mandavit. Primum ferrugineum, quod parte quæ ad Setemptrionem flectitur, ferrum attrahit, altera quæ ad meridiẽ, id expellit. Secundum Creagineum, quaſi carnem ducens, quod labijs admotum hæret: tertium abſque dolore, vel ſenſu, omnes corporis partes penetrat, illi quoque vulnus cõcinnat, ita vt nec aliquid ſanguinis à vulnere fluat. Quinque genera Plinius cap. 16. lib. 36. à diverſis regionibus differentiam aſſumens ſcripſit.

Theamedis lapidis vis.

## DE AVRI ELECTIONE.

Ad Aurum elect. noſtra

*AVrum ex fodinis Orientalibus, quibus Topatij gignuntur, ſolis ortu magis propinquis, maioreque ipſius influentiam recipientibus: ſplendidiſſimum & coloris citrini, ſed vividi, leve, ac ſuave, aſperitate carens, viſumque magis lætificans; Argento vivo ponderoſius, mea ſententia præſtantiſſimum eſt.*

## ANNOTATIO 29.

AVrum à Græcis vocatur; & quia eius ſubſtantia puriſsima eſt, omnibus metallis incorruptibilius: nam nullo igne conſumitur, ſed eo magis purgatur. Non tantùm ex terræ venis, ſed fontibus etiam eruitur, & multorum fluminum arenis. Mira eius natura, nam conſpectu eo ad ſe hominis allicit affectum. Nonnulli authores aiunt apud Arabas Gaſandos regionem fertiliſsimam eſſe, etſi hominum negligentia malè cultam, in qua ex cuniculis non aliqua arte ab hominibus factis Aurum effoditur mundiſsimum, & ſua ipſa natura ſynceriſsimum, quod vocatur, ideſt, ſine igne perfectum. Auri limata ſcobs (authore Dioſcoride cap. 110. lib. 5.) ideſt ramentum quàm tenuiſsimum epotum contra argenti vivi vim pernicialem valet. Calidum & humidũ, eſt, cordis tremori confert, viſum recreat: in pollinem redactum aqua Bugloſsi, vel Coraginis potum melancholicis datur, & corporis putredinẽ prohibet, aliaſque virtutes habere

Aurevis.

mul-

multi ſcriptores affirmant: quas involutas ſilentio definimus, vt de metallis & metallicis aliquid diſſeramus

Mixta perfecta quæ. Perfecta mixta à Philoſophis (vt Ariſtoteles lib. 3. Meteor. docet) vocãtur, quæ intra terram ex accenſa concluſaquè exhalatione vaporoſa, ac fumoſa gignũtur: vt lapides & metalla.

Mineralia quæ. Metallica quę in terrę viſceribus ac venis inquiruntur, à vulgo mineralia vocata ſunt. Metallorum genera ſeptem, quę à ſeptem planetis vim & naturam recipiunt: ideòque Aurũ, Soli, Argentum Lunę, Argentum vivum Mercurio, Æs Veneri, Stanum Iovi, Plumbum Saturno, Ferrum denique Marti tribuunt. Metallorũ genera, quę à planetis vim recipiunt.

Metallorũ materia. Metallorum materia humidum vnctuoſum, ac ſubtile eſt, terreſtri ſubtili nimis mixtum: nam omne liquabile aqueę eſt naturę, quę omnibus; quę liquari poſſunt, abſque dubio adeſt. Ideò laquefacta non humectant, nec ita diffundũtur ſicut ſimpliciter humida vnctuoſa.

Auri probatio. Liquata enim metalla diverſa miſceri poſſunt, ideòque Aurum omnium prętantiſsimum indice lapide exploratur, colore fuluo ac vivido in lapide derelicto. In foliola & brateolas multis malleolorum ictibus protenditur, quibus medicamenta inaurantur, ac viſui grata reduntur.

Lapides, cur non liquantur. Alia ratio à metallorum ratione diverſa in lapidum natura eſt, nam lapis quia terreæ magis ſubſtantiæ eſt, non humidum vnctuoſum, ſicut metalla habet: ideòque ab igne conſumitur, & in calcem redigitur: aquaque iniectus fundum petit.

Metallum quid. *Metallum* (authore Agricola lib. 1. de natura foſsilium) *foſsile corpus eſt, natura vel liquidum, vel durum, quod ignis liqueſcit calore: verum id ipſum refrigerato & extincto calore, rurſus ad duritiam revocatur, propriamque formam.*

Metallũ vnde dictum. Metallum authores nonnulli à verbo Græco activo, quod accuſativo iungitur, quòd ſcrutor, vel inquiro ſignificat, ductum putant. Sed ego à, quod quero, fodio, vel effodio ſignificat, derivatum eſſe dicerem: ſiquidem ad quærendum id terra effoditur.

Metalica quid. De metallicis diſſerens Galenus lib. 9. ſimplic. medicamentorum ita inquit: *Metallica medicamenta appellare Medicis mos eſt, quorum generatio in metallis eſt, ſive ſpontanea, ſive per fornacem facta. Et ad hæc tertio loco ſunt, quæ rurſum homines ex eis ipſis præparant quovis modo, velut Ceruſſam, Pſorium, Sandyca, Phycum, &c.*

Metallorũ, & metallicorum electio. In quovis genere, quod magis ſuis notis reſpondet, magiſquè ſyncerum, & à mixtione rei alterius alienum eligendum. Longo tempore ſervantur, ſed per longiſsimi temporis ſitũ metalla ac metallica vires ſuas amittunt.

## DE ARGENTI ELECTIONE.

Argenti electio. *Argentum quod colore, pondere, ſplendoreque, vivo Argento magis correſpondet, ſubſtantiam non frangibilem, ſed lentam, duritiem mediocrem habens, veluti præſtantius eligendum.*

### *ANNOTATIO XXX.*

Argentum à Grecis metallum poſt Aurum eſt pretioſum, quod (ſi Chimiſtis fides adhibenda) ex Argento vivo & Sulphure fit. Huius mentionem fecit patientiſsimus Iob cap. 28. dicens: *Habet Argentum venarum ſuarum principia: & Auro locus eſt, in quo conflatur. Ferrum de terra tollitur; & lapis ſolutus calore in æs vertitur, &c.* Argenti recrementum (authore Dioſcoride cap. 101. lib. 5.) quod Scoriam vocãt, aut Helcyſma, aut Encauma Molybdenæ vim habet. Molybdenę vicę quid.

## DE ARGENTI VIVI ELECTIONE

*Argentum vivum nativum, ſeu foſsille, à plumbo depuratum, quod ponderoſum magis, mundum à excrementis, & pelucidum eligendum.*

AN-

ANNOTATIO XXXI.

Argenti vivi electio.

ARgentum vivum à Græcis, quaſi argentum aqueum dicitur, quia fluxile eſt, ac movile. (*Fit authore Dioſcoride cap. 110. lib. 5.) ex Minio, quod abuſive Cinnabaris dicitur, patinis fictilibus impoſita ferrea concha Cinnabarim continente, & calice cooperta, arguilla ſuperlita, carbonibus, ſuccenſis: ſiquidem deterſa fuligo, quæ calice inſidet, refrigerata in Argentum vivum coit. Quin etiam invenitur in argenti fodinarum tectis ſtillatim concretum. Alij per ſe ſe in metallis inveniri tradunt.* Hactenus Dioſcorides.

Argenti vivi purgatio

Purgabis ſic. Alutam ex corio Melotam dictam per Argenti vivi quantitate amplam accipe, in qua Argentum dictum include: incluſum cum ſit, Alutam bene corda ligatam manu ſtringe, & ſuper vas aliquod comprime, & Argentum dictum à Melota exire conſpicies, & Plumbum in ea cum alijs excrementis remanebit.

# DE COMPOSITORUM MEDICAminum, quæ in vſu magis ſunt, electionibus, animadverſionibuſque.

## SECTIO QUINTA.

DE Simplicibus rudibus ac illaboratis medicamētis, quæ Medico præcipue ſunt in vſu iam agimus nunc ſi de compoſitis ſcriptum aliquod breviter, & perſpicue concinnaremus, operæpretium nos ab Antidotis exordio accepto facturos exiſtimavimus: ideoque hæc in prima acie medicamentorum genera locavimus.

Antidoti varia nomina.

Antidotus ab aliquibus electuarium, & confectio nominatur. Parantur Antidota à diverſorum pulverum generibus, & ab alijs rebus diſſolutis, Melle, Sacharo, Penidijs, ac alijs rebus mixtis, vt in vnum coactis, iucundiora guſtui evadant, ac longioris temporis curriculo vires aſſeruent.

Electuariū vnde dictū.

Quædam ex eis molles, aliæ in forma ſolida teſſaræ vocatæ cōponuntur

Antidotus vnde dicta.

Antidotorum à Grecis ab, id eſt, contra, & do, appellatur: fœminini, & neutrius generis ſcribitur ab ipſis, & Latinis electarium ab electo, quia ex electis ſimplicibus concinnandum: confectio etiam à conficiendo, quia conficitur ex diverſis ſimplicibus, appellatur

Antidotorū differentię.

Triplex Antidotorum apud Galenum differentia. Ipſe enim libr. & cap. 1. de Antidotis ita ſcripſit: *Medicamenta quæ non extrinſecus impoſita, ſed intus aſſumpta, malas corporis affectiones ſanat, Antidotos Medici vocant: quorum tres ſunt omnes differentiæ. Nam adverſus exitiales potiones quædam fiunt: quædam ad feras valent, quæ venenum ictu, morſuve relinquunt: quædam exitis mala victus ratione morvis auxiliantur. Nonnullæ vero tria hæc*

*ſimul*

*ſimul pollicentur; cuiuſmodi eſt, quam Theriacam vocant, &c.* Quod etiam cap.6. lib.2. de Antidotis reſcribens literis mandavit.

Animadverſio.

Mellis,& ſachari quantitas ad ſpecies.

Non vna & eadem ſachari quantitate ſolida & mollia electaria componuntur, nam in liquidis ad ſachari libram vnciæ ſpecierum tres accipiendæ: idemque mellis pondus ad ſpecies ſit: vt mellis quadruplum vel ſachari ſit ad ſpecies.

Opiatæ cōfectiones, qua mellis quantitate concinnādę

Opiatis ad vnamquamque Mellis, vel Sachari libram, pulverum vnciæ quatuor ſunt iniciendæ. Hanc Arnaldus Villanovanus ſui Antidotarij initio quantitatem tractatu de Melle diſpumato litteris commendavit, quem omnes ſequuti ſunt boni authores.

In electarijs ſolidis, quę ſachari quātitas accipienda,

Electaria ſolidaque alio nomine Teſſeræ ac Tabellæ appellantur (vt guſtui grata ſint) ad libram vnam Sachari, pulverum ſpecierum vnciam vnam recipiunt.

Antidoti præſtantiores quæ:

Præſtantiores in quolibet Antidotorum genere, quæ ſaporem, & odorem, coloremque valentiorem rerum, quæ ipſiſmet ingrediuntur, obtinent: quæ eis carent ſignis, exoletæ iudicantur, eoque à Medico vſu explodendæ.

## DE SYRVPORVM ANIMADverſionibus.

Syrupus vnde dictus.

Syrupi etymologiam ſcripſit Manardus epiſt.1. lib.13. vbi hanc vocem inquit, ideſt, ſuccis, & Syro, quod latinis eſt traho, derivatam eſſe: enim activum verbum eſt, & eſt ſuccus, à quibus non male deribatum nomen eſſe videtur.

Syrupus quid.

Syrupi (vt authore eſt Avicenna ſumma. 1.lib.5.tractat.6.) decoctiones & ſucci ſunt inſpiſſati cum dulcedine: & eorum omnis materia eſt à plantis.

Syrupus ſimplex quid.

Simplices dicuntur Syrupi, qui ex vnius ſimplicis decocto, vel ſucco fiunt: vel qui ex paucioribus aliorum reſpectu. Compoſiti verò qui ex pluribus, varijs, ac diverſis conficiuntur ſimplicibus, Sachari, vel Mellis quantitate addita ſufficiente: Penidiorum (quæ ſachari gluten appellantur) vel alicuius ſapæ, quæ ad ſuccorum, vel decoctorum conſervationem, dulcorationem nec non valeat. Quorū qui magis cocti, magis durant.

Succorum, & decoctionum quantitates.

Cum decoctionum, vel ſuccorum quantitates ab Authoribus non exponuntur, æquales ad Sacharum, vel Mel, vel alterius rei, quæ eorum vicem ſupplet, ſunt recipiendæ. Et qui diutius durare debent, ad craſsiorem conſiſtentiam coquendi, & æſtatis magis quam hyemis tempore: nam ſi ita non fit, vel aſceſcunt, vel ſitum contrahunt, vel corrumpuntur, ac putreſcunt. Nonnunquam extra æqualem ſuccorum ad Sacharum, & Mel quantitatem, ſi vires in ſyrupis maximas authores deſiderant, decoctiones (vt in ſyrupis de Fumaria maiore, & minore Meſuo, & alijs fecit) addunt: & tunc decoctiones hæ à Pharmacopæorum vulgo, Extravagantes appellantur: quia extra regulam generalem additæ fuere.

Succi, & decoctiones cur extra regulam generalem adduntur in Syrupis.

Syrupi quo vaſe coquēdi.

Coquantur in vaſe terreo vitreato, vel argenteo, vel eorum inopia æreo bene ſtannato, igne lento, ſed abſque fumo, ad iuſtam craſsitiem; & ij quorum aſtrictoria eſt vis, vel pectoralis, cæteris magis ſunt coquendi.

Syruporum duratio.

Variæ ac diverſæ ſunt opiniones apud eorum durationem: nam authore Iſaac cap.11. lib. 10. practicæ per quatuor annorum ſpatium ſervantur. Serapionis filius cap.34. tract. 7. ſui Antidotarij, de eorum duratione diſſerens, ita inquit: *Syrupi omnes ex hora ſua vſq; ad duos annos, &c.* Ego verò dum rerū ingredientium odorem, ſaporem, & colorem habuerint, eos duraturos eſſe dixerim.

## DE TROCHISCORVM, SIVE PAStillorum animadverſionibus.

Trochiſcus vnde dictus

Græcum nomen eſt, id eſt, rota diminutivum, & à verbo deribatum. Latina appellatione Paſtillus, Orbiculus, Rotula, & depravata Orthographia Trociſcus à Medicis & Pharmacopæis dicitur.

N Pa-

Paſtillus quid. Paſtilli nihil aliud ſunt, quam materiæ rerum ipſiſmet ingredientium exactè tritæ, & diverſis humoribus in formam rotulæ, vel panis parvuli coactæ.

Paſtillorū magnitudo. Paſtillos ad fabæ Ægyptiæ magnitudinem formandos eſſe, author eſt Galenus cap. 2. lib. 7. de compoſitione pharmac. ſecundùm locos. Ego verò ne exigitatis ratione faciliùs exhalentur, à drachma vſque ad duas pondus habentes imaginibus ac notis, quæ eorum nomina declarant( vt tyrones, & in hac arte parum verſati eos facillimè cognoſcant)ſemper formavi.

Paſtilli quo tēpore formandi. Veris vel autumni initio parandi ac formandi ſunt, nam eorum curriculo temporum rectè exiccantur, & putredinem minimè nec mucorum acquirunt. Frequenter vertendi ſunt, vt parte vtraque æquabiliter humiditas exhaletur, & areſiant.

Paſtilli quo vaſe ſervādi. Vaſe argenteo, vitreo, vel terreo vitreato, rectè obturato, donec saporem,odorem, ac colorem ſimplicium, à quibus parantur, validum retinuerint, obſervandi ſunt.

## DE PILLVLARVM SIVE CATApotiorum animadverſionibus.

Catapotiū quid,& vnde dictum. Apud Græcos medicamentum eſt, quod deglutitur integrum, dictum, quod deglutire ſignificat. Nam verbum activum, quod accuſativo iungitur,idem eſt quod deglutio abſorbeo, & devoro. Ideoque dicta Catapotia ſunt, quia integra degluriuntur. A Latinis à parvæ pilæ ſumpta ſimilitudine, quam referunt, Pillulæ appellantur.

Catapotia cur excogitata. Medicamenta hæc vt faciliùs ab ægrotis devorentur, & vt moram in ventriculo longiorem faciant, atquè à remotioribus vacuādos humores attrahat, ab antiquis excogitata fuere.

Catapotiorum formatio. Succis, deſtillatitijs liquoribus, gummatum mucaginibus, & rebus alijs ab Authoribus formantur. Sed quæ dictis, & alijs ſimilibus conglutinantur, facilè caneſcunt, ſitum, ac mucorum contrahunt: id namque putredinis, inditium eſt. Cuius rei ratione, quæ diu ſervanda ſunt, non ſolo ſucco aut ſtillatio liquore formari debent, ſed ſirupis eorum actiones ad iuvantibus, in quibus ſucci conſumpti ſint; nam quibus ita parantur ( etſi quantitas aliqua ſyruporum ratione augetur ) minime eorum virtus minuitur,aut deſerecit: ſiquidem id, quod inpulverem doſibus deeſt, ſyruporum actione etiam augetur. Prętereà, quę ita formata ſunt, dum teruntur maſſę, vt ex eis pillulę formētur, trituram ſuam obſervant, quę ſi ſuccis liquidis,aut liquoribus formatę fuerint,id efficere impoſsibile erit; nam in tenuem pulverem, quæ tenuioris ſunt ſubſtantię, medicamenta convertentur, eorumquè actiones vitiantur. Cuius rei cauſa, vel non vacuabunt, aut inęqualis erit eorum vacuatio: quod de trituratione agentes apertè ſatis à nobis demonſtratum eſt.

Pręferuntur, quę ſimplium facultates obſcuras, à quibus componuntur, non habent: quę ſitum contrahunt, vel mucorem, veluti ferè putrida, maleque formata, ac obſervata improbanda. Catapotiorum electio.

Varij Authores varijs modis maſſas,vel catapotiorum magdalia aſſervant; nonnulli corijs,veſicis alij, papyriſque oleo vnctis, vel inceratis; alij denique inceratis, etiam linteolis involuta capſulis ligneis reponunt. Sed quæ ita ſervata ſunt, facillimè olei, & ceræ ratione rancorem acquirunt, vireſque deponunt. Ea ego papyris mundiſsimis involuta, poſt eorum aliquam ſuperficiatiam exiccationem, vaſculis vitreis, vel terreis vitreatis reponenda ( vt diutius durent eſſe cenſeo : ita namque melius aſſervantur; longioriſque per temporis curriculum durant. Vetuſtate vt reliqua medicamenta ) exanimantur, vireſque deponunt. Catapotiorū repoſitio.

De catapatiorum duratione diſtanter nimis Authores ſcripſere. Arnaldus de Villanova in ſuo Antidotario, An- Catapotiorū duratio.

Aurea, Coccia ſecunda, & alia per anni ſpatium durare literis mandavit. Serapionis filius cap.34. tract. 7. de Antidotis à duobus compoſitionis menſibus vſque ad ſex, durationem medicamenta hæc habere ſcriptum reliquit. Iſaac cap.11.lib.10.Practicę ad annos duos. Sed mea ſententia ad pilularum, & aliorum medicamentorum durationem tempus ſignandum non eſt. Nam diligentia pręparationis, repoſitioniſque, multum à duratione facit. Omnia enim medicaminum genera, dum nativos ſapores, odores, ac colores habent, aſſervanda. Idque nunc dixiſſe ſufficiat.

## DE VNGVENTORVM ANIMADverſionibus.

Unguento vnde nomē datum.

VNguentum à quibuſdam Græcorum, Homero, appellatur. Sed vnguentum hoc minimè eſt compoſitio illa tenax, ac dura, qua ad vulnera curanda chirurgici vtuntur; ſed quorundam aromatum mixtio, addito oleo ad vnguenda corpora, deliciarum, & luxuriæ ratione inventa. Vnguenta proxima hæc oleis ſunt, & nomen ab vtendi modo eis datum. Nunc de eis tantùm, quibus Arabes, & Chirurgici vſi fuere, nobis agendum eſt; quæ à rebus, quibus componuntur, aut à ſimpliciū numero, aut ab Authoribus eorum inventoribus nomina ſumpſere.

Unguentū quid.

Vnguenti diffinitionem in hunc modum Guido Cauliacenſis cap. 4. tract. 7. de operationibus, & artificio præparandi antidota, quæ in arte competunt Chirurgiæ, ſcripſit, ita dicens: *Vnguentum eſt res vnctuoſa, non fluida, ſed per manens.* Nicolaus Præpoſitus lib. 2. vnguentum ſic diffinit: *Vnguentum faciunt oleum, & cera cum ſpeciebus, &c.* Sed mea ſententia amborum nemo rectè diffinitionem dictam ſcripſit: quod ratione, & experientia conſtat. Nam cùm medullæ, adiptes, & axungiæ depurgatæ fluidę minimè ſint, vnguentique craſsitiem habeant; atque ex vnguentis quædam abſque cera, & oleo efficiuntur, dictarum diffinitionum nullam, rectam diffinitionis regulam obſervaſſe, viſum nobis eſt. Ideoquè vnguentum mollis quædam compoſitio dicendū, inter linimentum & ceratum mediam conſiſtentiam habens, ab ſtirpium, & animalium partibus, metallis, metallicis terriſque in pulverem tenuem redactis, diverſiſque modis colliquata facta.

Unguentā componendi duplex ratio.

Duplici ratione fiunt vnguenta, ſcilicet, cum igne, & abſque eo. Cum igne, veluti vnguenta omnia, quæ ceram, ac reſinas recipiunt, ſine igne nutritione ſola, vt vnguentum rubrum, cuius Author Ioannes à Vigone eſt, & plumbeum. Sed ita parata parvo tẽporis ſpatio dura nimis redduntur, & æqualem conſiſtentiam minime ſervant. Ideoque non rationi inconſonum viſum nobis eſt, aliquam eis quantitatem ceræ addere, ſcilicet, alba lota in frigidis; pallida, illota calidis.

Liquamentum quo à vnguento, cerato differt.

Liquamentum ratione ceræ quantitatis ab vnguento, & cerato differt, cuius dimidiam quantitatem linimẽtum, ceratum duplam, quam vnguentum recipiunt.

Ad vnguenta, cerata, & emplaſtra; quæ ceræ quātitas.

Paulus capite 24. lib. 7. ad emplaſtra, cerata, & vnguenta paranda, ceræ quantitates in hunc modū ſcripſit: *Quod ſi vnguenta, quæ Græci à levanda laſsitudine acopa appellant, conficere conſtitueris, oleum ceræ quadruplum immites: at ſi liquidum ceratum, vt in fracturis præparamus, duplicatum. Si medicamentum, quod emplaſtrī figuram habeat efficere cogitaverimus, portionem olei ceræ æqualem miſcebimus, ſi aer ambiens moderatus extiterit: at ſi vetus, aut ſqualida, aer frigidus fuerit, oleum paulo copioſius, quam cera erit; quemadmodum, etſi cera pinguis, aer exiſtat calidus, paulò minor olei portio erit: paulum autem hoc, medij in vtramlibet partem exceſſus, duodecima erit portio, etenim vndecim, & tredecim olei vncias ceræ libræ admiſcebis.* Hactenus Paulus. Cuius dicta ver-

verba prius à Galeno lib. 4. de medicamentorum compoſitione per genera, in medicamento ex Euphorbio ſcripta fuere.

Unguenta, quæ præſtãtiora. Medicamentorum dictornm genera, quæ ſimplicium, à quibus parantur, colorem, & odorem elegantiorem obtinent (vt præſtantiora) eligenda.

## DE EMPLASTRORVM ANImadverſionibus.

Emplaſtrũ quid. EMplaſtrum Græcis, hoc eſt, à fingendo, & maſſam formando dicitur: nam ilino, infartio, locumque impleo ſignificat.

Emplaſtra quo differũt à ceratis. Emplaſtra parum à ceratis differunt, nam aliquando ceram, & reſinam recipiunt, admittuntque plantarum, animalium, omnes partes, metalla, ac metallica, & terras nonnullas. Sed de rebus ijs, quæ longiorem exigunt coctionem, alijs prius (vt in decoctionibus, quæ aquis ac liquoribus fiunt) lebeti inicienda, & vt ars docet, & ſubſtantia craſsior, vel tenuior eorum indicat, decoquenda; nam alia plus, alia minus de decoctione ferunt.

Emplaſtorũ decoctio. Decoquenda ſunt emplaſtra, donec tangenti manus non inficiant, & arida quæ recipiunt, tenuiſsime conterenda, vt in corporis profundum ſubite queant, cutiſque per orificia anguſtiſsima tranſire.

Emplaſtrorum tritura.

Cataplaſma quid. Emplaſtra nonnulli abſque ratione cataplaſmata vocant, nam cataplaſma apud Græcos etiam vocatur, eſtque medicamentum, quod ex ſtirpibus, vel radicibus, folijs, & floribus viridibus contuſis, in liquore coctis vſque ad eius conſumptionem tuſis, & per ſe taceum cribrum tranſactis: aliquando oleis, & axungijs mixtis; aliquando abſque eis paratur; aliquãdo etiam ex farinis, & alijs pulveribus, oximelle, vel ſapis mixtus fit.

Emplaſtorũ probatio. Quæ lentam & ſolidam conſiſtentiam emplaſtra, odorem, & colorem validiorem habent (vt præſtantiora) probantur. Quæ dura nimis, aut mollia, & colorem, & odorem rerum, à quibus componuntur, amiſere, inæqualeſque partes continent, ſitum, ac mucorem, intus, vel extra obtinent, improbantur.

## DE OLEORVM ANIMADVERſionibus.

Oleum quid & vbi ſibi nomẽ datũ. A Græcis, olea, vel fructus eius eſt, etiam dicitur arbor: ideoq; ab Oliva oleũ, & ab olea oleum propriè, vocatus eſt liquor ille pinguis, qui à fructibus oleæ exprimitur. Quod immaturum eſt oleum, à Græcis, appellatur: reliqua verò per tanslationẽ impropriè (vt Author eſt Galenus cap. 2. lib. 2. de ſimplic. medicament. facult.) olea dicuntur.

Olea impropria diverſis fiunt modis, ſcilicet, expreſsione, impreſsione, & reſolutione. Expreſsione, vt olea ex Amygdalis, Nucibus, Avellanis: impreſsione, cum materiæ oleo maceratæ, & coctæ in oleo vires, ac qualitates derelinquunt: ita Chamæmalinum, Roſaceum, Rutaceum, Scorpionum, & alia fiunt. Reſolutione ea, quæ per deſcenſum appellantur, cum materiæ heterogenes in corporibus concluſæ, ac veluti concretæ ignis vi ſeparantur; quæ chimiſtarum arte fiunt, ex lignis reſinoſis, cera, melle, & rebus alijs.

Oleorũ probatio. Oleorum probationem Dioſcorides cap. 41. lib. 1. ſcripſit, ita dicens: *In quorum probationibus conſulere nares oportet, an ea oleant ex quibus parantur. Olea omnia* (inquit Serapionis filius cap. 34. tract. 7. de Antidotis) *operantur donec rancida fiunt.*

## DE ERRHINORVM ANIMADverſionibus.

Errihna quid. A Græcis, appellantur medicamenta, quæ in oblongam formam, ad modum Olivarum, vel Dactylorum oſsium coacta, naribus induntur. Hæc vulgariter à Medicis, & Pharmacopæis naſalia vocantur. Ex ſimplicibus varias virtu-

tutes habentibus in tenuem pulverẽ redactis parantur, varijſque rebus, vt melle, cera, mucaginibus, ſyrupis, ac deſtilatitijs liquoribus formantur, nunc ad ſternutamenta movenda, nũc ad caput purgandum, nunc ad cerebrum confortandum, nunc ad memoriam augendam, & etiam ad alia pro medicorum varijs ſcopis.

Errihna liquida quæ. Liquida, quę naribus inſtillantur, vel infunduntur, etiam dicuntur, nam nares à Græcis dicuntur, vnde eis nomen datum. Hæc è herbarum ſuccis, vt Betæ, Cyclamini, Braſicæ, Sampſuchi, Anagalidis, Heleni, decoctionibus, ac liquoribus, medicamentorumque varijs, ac diverſis ſpeciebus, vt Piperis, Pyrethri, Nitri, Naſturcij, Veratri, Caſtorei pro morborum natura, vt in capitis diuturnis affectibus, vt morbo comitiali, hebetudinibus oculorum, obſtructionibus narium difficultate odoratus, convulſione Cynica, morboque regio, & alijs.

## DE STERNVTAMENTORVM animadverſionibus.

Sternutamenta. A Græcis, Latinis Sternutatoria, medicamenta, quæ naribus admota ſternutamenta movent, ab effectu appellantur. Hęc enim naribus per pennam, aut ſubtilem arundinem ſufflatu interno adminiſtrantur; eiuſdem ferè ſunt generis cum errhinis, quia ex eiſdem circiter medicaminibus conficiuntur, in pollinem redactis.

## DE EPITHEMATVM ANIMADverſionibus.

Epithemata, quæ dicuntur. EPithemata (vt Paulus cap. 18. lib. 7. teſtatum reliquit) propriè malagmata ſunt, quæ olim ventriculo, iecinori, lieni, admovebantur. Nunc diverſis alijs Medici vtuntur, ſcilicet, ſtillatitijs liquoribus, aliquot odoriferis, ac alijs ſpeciebus additis, ſcilicet. , pro liquorũ libra drachmas duas ſpecierum accipientes. Iecinoris, & cordis partibus noſtra tempeſtate præcipuè admoventur. Eis, quę cordi adhibentur, nonnihil optimi, & odoriferi vini croci granis tribus, aut quatuor, præter alia corroborantia medicaméta miſcent: & quæ iecinori his imponuntur, aceti roſacei parum miſcent, vt ad interiora medicaminum vires deducant, ac permeare faciant. Recta erit proportio, ſi ad liquorum libram vini, vel aceti vnciam, & ſemiſſem, croci ſemi ſcrupulum adijciatur.

## DE EMBROCHIS ANIMADVERſiones.

Embrocha quid. HVmida, quæ corpori applicantur, cum linteolis, ſpongijs, lana, ſtupis ve excepta, appellantur. Etiam à Græcis quod idem eſt, quod irrigare, vel pluere, dicuntur. Eis ad capitis ægritudines, aliarumque partium contuſiones, & fracturas, ex herbis, radicibus, floribus, ſeminibus, & ſimplicibus alijs, in vino, aceto, lacte, aqua commune, ac deſtillatitijs liquoribus, affectuum ratione diverſorum decoctis vtimur. Adijciturque ad manipulos ſtirpium, vel herbarum duos ſeminum, vel florum pugillos, liquorum libra vna, coquunturque, vt ars docet, decoctumque calidum capiti, vel alteri membro admovendum, & ſi refrigerare ipſum conſilium fuerit, cum decocto ipſo, tepido, aut frigido faciendum eſt, ne caloris vi humorem ad locum attrahat.

## DE FOMENTORVM ANIMADverſionibus.

Fomentum quid. APud Grecos idem ſunt, quod à Latinos fomenta, ita à fovendo dicta. Hæc verò duplicia ſũt, humida, ſcilicet, & arida apud Hippocratem lib. 2. de victu acutorum morborum. Fomentum humidum apud Galenum cap. 7. lib. 12. Methodi, & alios Græcos appellatur. Quod veſicis, ſpongijs, pannis lineis, alijſque rebus adhibetur. Arida à Græcis ipſis dicũtur: hęc cutim rarefa-

faciunt, eamque tranſpirabilem reddunt, ſanguinem attenuant, & diſcutiunt. Poſt corporis vacuationem admovenda, quia plus humorum ottrahunt ad partem calfactam, quam diſcutiunt.

Sacculus quid.

Quæ à veteribus arida fomenta vocabantur, nunc Sacculi appellantur. Et radicibus, herbis, floribus, ſeminibus, & alijs medicaminibus in pollinē redactis conficiuntur capiti, cordi, ventriculo, lieni, iecori, vteroque, & alijs corporis partibus adhibētur.

Sacculi ex quibus fiūt.

Capiti, è capitalibus medicaminibus in ſericum dimiſsis, ad formam tiarę: ventriculo ex eis, quæ ipſum roborāt, ac medentur, magiſque ipſi destinata ſunt, ad ſcuti formam: cordi, iecinori, & lieni ex ſimplicibus ſingulis ipſis partibus congruentibus parati, dictarumque partium formam, & magnitudinem imitantes admoventur. Sed animadvertendum eſt, vt ij qui cordi, & capiti applicantur, è ſerico, reliqui verò lineis pannis obducantur.

## DE PESSORVM ANIMADVERſionibus.

Peſſus quid

MEdicamenta fœminarū peſſi ſunt, quæ in molli lana in earum naturalibus conduntur, & ad formam digiti, qua medicamenta excipiuntur, (vt moris eſt) formantur: quę peſſaria etiam à Barbaris vocantur.

Peſſorū differentia.

Tres peſſorum differentiæ, quarum vna emollit, alia aſtringit, tertia denique aperit. Quę emollit, phlegmonibus vteri, exulcerationibus, refrigerationibus, averſionibus, & inflammationibus accommodantur. Ex cera, oleis, axungijs, butyro, reſinis, medullis, Lini, & Fœnugreci ſeminibus, Altheæ radicibus, folijs Malvarum, Meliloto, & ſimilibus fit. Quæ aperit, & ſuppreſſos menſes evocat, ex Melle, Arthemiſiæ, Dictamni, Braſsicæ, Rutę, Scammonij, Galbani, Aſſę fœtidæ, Baccarum Lauri, Iuniperi, Sabinæ, Caſtorei medicamentis, & alijs ſimilibus parantur. Quæ aſtringit, muliebremquè fluxum cohibet, vterumque laxum contrahit, ex medicamentis quæ aſtringendi facultatem habent, vt Balauſtis biſtorta, Pentaphyllo, Granatorum corticibus, Roſis aridis, Rhoe, Hypociſtide, Acacia, & ſimilibus conficiuntur. Formantur peſsi filijs alligatis longis, vt cùm viſum fuerit, aut poſtulaverit neceſsitas, extrahi poſsint.

## DE GLANDIVM ANIMADverſionibus.

Glādes, ſeu ſuppoſitoria

ID Quod Latini Glandem, Græci appellant: Barbariquè à ſupponendo ſuppoſitorium. Tres Glandium ſunt differentiæ, leves ſcilicèt, mediocres ac vehementiores.

Glādiū differentiæ.

Leves ex Betæ radicibus melle perunctis, ſuilloquè adipe, vel butyro ſalis pulvere conſperſo, mediocres quę cōmunes appellantur, ex melle cocto, ſaliſque pulvere efficiuntur: vehemētiores ex Scammonio Collocynthide, Euphorbio, Hiera Logadionis: & Diacollocynthide parantur.

Glādes qua pulverēquā titate parādi.

Quantitas ſalis, pulverum dictorum & aliorum drachma vna cum dimidia ad mellis vnciam erit. Quę poſtquam mel coctum fuerit, debitamque duritiem habeat, ſupernijciēda, ne pulverum vires ignis vi diſsipentur. Componuntur etiam ex medicamentis, quæ album deijciunt, aut flatus diſcutiunt, aut ſtupefeciunt, & alijs pro varijs Medicorum ſcopis.

DE

# DE SVCCEDANEIS MEDIcaminibus.

## SECTIO SEXTA.

Succedanea quæ.

VOCANTVR à Gręcis, quę Latinis ſuccedanea: ſic enim appellantur medicamenta, quę aliorum penuria vſurpantur.

Diverſis modis vnũ ſimplex pro alio ſumitur.

Varijs ac diverſis modis vnum medicamentum ſimplex alterius vice ſumi poteſt. Primò, latè, vel impropriè, ſecundo magis proprè.

Succedanea impropria quæ.

Impropria ſuccedanea appellantur, quę ęquali ratione ęgritudinem aliquam ſanare poſſunt, etſi alijs in rebus, vel facultatibus diverſa ſint.

Medicamẽtorum facultates.

Medicaminum facultas multiplex eſt, ſcilicèt, prima, ſecunda, tertia, & quarta: ſed id quod in his quatuor facultatibus cum alio convenerit, optimum ad omnia, ad quę alterum vtile eſt. Sed ſi ſecundum aliquam facultatem deficiat, relinquitur ab vſu alterius & facultate. Vt exempli gratia, Sibilum aurium, aut dolorem earum à cauſa frigida ortum, Aloe inſtillata cum aliquo liquore convenienti ſanat: ſed ſi Aloe ipſa non ſit ad manum, non minori ſucceſſu Chalcithim accipere poterimus, quamquam ſimplicia ſint diverſarum virium, & graduum: quemadmodum, & Ariſtolochia Nitri vice, etſi alijs morbis, non vnum alterius vice ſubſtitui poſsit. Nam etſi exiccationis & abſterſionis cauſa vtilia ſint ad humores craſſos conſumendos, abſtergendoſque flatus, ac craſſiores circa aures diſcutiant: in alio morbo vnum ex eis alterius penuria accipi minime poſſet, nam ſubſtantię modo ac ſapore plane ſunt diverſa. Sic etiam ſi Veratrum Sulphuris vice ad ſcabiei curationem recipi poſſit, intra corpus etiam ſumi inconſultũ erit. Qua de re etſi apud aliquem authorem reperimus, quod medicamentum aliquod alterius vice vſurpetur, cura ac diligentia animadvertendum, an in vno tantum morbo, an vero generaliter, omnibus ægritudinibus hoc fiat.

Quæ requiruntur ad propriũ ſubſtituẽdi modum.

Ad proprium ſubſtituendi modum multa requiruntur, ſcilicet, quod medicamenta in omni morbo, & in vnaquaque compoſitione ſine diſcrimine & reciprocatione vſurpari poſsint: ſinque in qualitatis gradu conformia, ac in ſubſtantia & partiũ eſſentia. Exempli gratia, vt ſi vnum ſit ſubſtilium partium, idem alterum ſit; ſi liquabile, idèm alterum.

Non enim conuenit, vt radicem pro ſucco, aut fructu pro lacrima, ſed radicem pro radice, ſuccum pro ſucco, & ita de alis ſimplicibus medicamentis ſubijciamus: nam hæc ſimilitudinis ratione, elementorum, & corporum cœleſtium influentias, & ab eis ſimiles facultates recipiunt.

Oportet enim ſuccedanea eiuſdem eſſe ſubſtantiæ, nam in ſubſtantiæ modo, levitas & gravitas, raritas & denſitas, craſsitudo & tenuitas, lentor & fragilitas differunt. Pręterea vt in odore ac ſapore conveniant, & alijs proprietatibus & qualitatibus neceſſe eſt: & ſi forſan vnum altero ſit valentius vel è contra, ſubtili ac pru-

prudenti artificio proportionanda.

Eiuſdẽ generis ſuccedanea prę ſtantiora.

Evidenter certiorem & meliorem ſubſtituendi methodum, inter illa eſſe quę ſunt eiuſdem generis, apparet nam inter ea exigua eſt varietas. Pręterea vna & eadem ſit plantarum, vel animalium pars (ſi fieri poſsit) quę alterius vice vſurpetur. Et ſi aliquod ſimplex non reperiatur, quod omni in re alteri ſimile ſit, nam tale nunquam fuiſſe inventum (quia individua omnia cuncta varietate natura ordinavit) viſum eſt, nam vbi tanta eſt ſimilitudo identitas dicenda: quod maiorem ſimilitudinem habuerit, accipiendum. Nunc (quia noſtra pharmacopęa alias ſubſtituendi regulas, ſcripſimus) literarum ordine ſervato, quę neceſſaria magis, brevitate conducibile literis mandemus.

Abſinthij Pontici vice quid.

Abſinthium pręſtantius in Ponto, & Cappadocia (authore Dioſcoride cap. 26. lib. 3.) in monte Tauro naſcitur, cui etiam Galenus primatum dedit. Cuius vice iuvenum quorundam authorum ſententia, noſtrum vulgare accipiendum.

Succedaneorum author, qui ſub Pauli nomine circunfertur, Origanum pro abrotano aſſumit: recentiores verò Abſinthium, & pro mare fœminam accipiunt.

Abrotani vice quid.

Acacię vice folia Rhois, aut ſuccus foliorum Lentiſci, aut Hypociſtis (nam authore Dioſcoride eius vires habent, vt capitibus de Lentiſco & Rhoe lib. 1. videre eſt) accipienda, quia eius effectus prębent.

Acaciæ vice quid.

De adarce ita Plinius cap. 36. lib. 16. agens inquit. Eſt & in Italia naſcens Adarcha nomine, vtiliſsima dentibus, quoniam vis eadem eſt, quę Sinapi.

Adarces vice quid.

*Aleps verò* (inquit Galenus cap. 14. lib. 1. de comp. medic. ſecund. gener.) *Anſerinus ſit, vel eius inopia Gallinaceus: Si neque hunc habeamus, Suillum inijciamus.* Pro Vitulino etiam Suillum poſuit cap. 5. lib. 4. de emplaſtris ad vlcera maligna dicens: *Cæterum vos ſcire in primis velim vt ſi quando Vitulinum pingue deſideretur, eius loco vetus Suillum, quod nominant Axungiam, admiſceatis: verùm ſalis expers, & non nimis multorum annorum.*

Adipum vice quid.

Pro Adrianto Tricomanem accipiendum, de quo Dioſcorides capit. 137. lib. 4. differens, ita inquit: *Eadem quæ & Adianton præſtare poſſe conſtat*: cuius ſententia Galeni authoritate lib. 8. de ſimp. med. facult. comprobatur, vbi ait: *Trichomans eadem præſtat quæ Adiantum.*

Adianti vice quid.

Agallochi, ideſt ligni Aloes, vice Calamum odoratum liber ſuccedaneorum Galeno attributus poſuit, & non abſque re, nam ſimiles ferè facultates habent.

Agalloch vice quid.

Agarici loco (quod nõ laudo) Collocynthidem Paulus cap. 4. lib. 7. ſubſtituit, dicens: ☿ Agaricum ſimiles Collocynthidis vires habet.

Agarici vice quid.

Æris penuria Scoriam eius Dioſcorides cap. 87. lib. 5. ſubſtituit, cuius verba ſunt. ☿ Lavatur vt Cadmia mutata quater die aqua, donec nulla prorſus ſordes emergat. Aeris recrementum, ſtercuſvè, quam Scoriam vocant, eodem modo lavatur, & eadem vim, ſed imbecilliorem habet.

Aeris vſti vice quid.

*Antedicta æruginum genera* (inquit Dioſcorides agens de Scolecia cap. 92. lib. dicti) *vſto æri omninò reſpondēt, ſed magis effectu valent.*

Aeruginiſ. ſive viridis æris vice quid.

Aleluię herbæ vice recentiores medici Oxalydem ſubſtituunt: nam hæ herbæ ſimiles facultates habent.

Aleluiæ vice quid.

*Amomum*, inquit Galenus lib. 6. de ſimp. medic. facult. *Acoro ſimilem facultatem obtinet, niſi quod Acorum ſiccius ſit, maiore autem concoquendi facultate Amomum.* Poterit etiam eius loco Aſarum ſubicij: nam tria hæc ſimplitia invicem ex Galeni ipſius authoritate ſubſtituuntur.

Amomi vice quid.

*Verum ammoniacum thymiama, & Galbanum* (inquit Galenus cap. 2. lib. 10. de comp. phar. ſecund. loc.) *vltra hoc quod conferunt ad emplaſtri compoſitionem, etiam mitiganti ac emolliendi vim quandam habent: Oppopanax verò eiuſdem cum ipſis eſt generis, ſed fortiori facultate præditus.*

Ammoniaci thymiamatis vice quid.

Ammi & Aniſum eaſdem ferè facul-

Ammi vice quid.

cultates habent, vt ex verbis Galeni videre eſt lib. de ſimplic. medicam. facultatibus.

Albatecæ vice quid. Paulus Aegineta cap. 80. lib. 1. Cucumerem, Peponem, & Melopeponé eaſdem vires habere ſcriptum reliquit: ſed maiori vel minori differentia.

Auripigmẽti vice quid. Dioſcorides lib. 5. de Sandaracha agens, ita inquit: *Dos eadem & vſtio quæ Auripigmento, &c.* Galenus verò lib. 9. de ſimp. medic. facul. *Sandaracha* (ait) *vrentis eſt facultatis ceu Arſenium quod vocant.*

Aſteraci vice quid. *Antirrimum, aut Anarinum, ſemen habet vitulinaribus ſimile* ( inquit Galenus lib. 6. de ſimpl. medic. facul. ) *ad ſanationes inutile. Ipſum autem ad ſimilis eſt cum Bubonio facultatis, ſed multo minoris.*

Aſpalati vice quid. Matthiolus Aſpalati vice ex Galeni ſenentia Viticis ſemen ſubſtituit, quod alij ex recentiorum authorum numero conſentiunt.

Alcyonij vice quid. Alcionio, & Adarci ſimiles facultates Dioſcorides capitibus 135. & 136. lib. 5. dedit: quod facultatibus eorum animadverſis, rationi conſonum videtur.

Aquæ marinæ vice quid. *Sæpenumero* ( inquit Galenus cap. 4. lib. 1. de ſimp. medic. facult. *cogimur in marinæ inopia, quando muriã facere volumus: tunc enim ſalem aquæ indimus.* Et cap. 19. lib. 4. *Ipſique* (inquit) *tibi marinam ſi lubet efficere, licet ſale in aqua fluviali colliquato, cognoſcereque quanto gravior reddatur aqua eiuſmodi, quam ſit dulcis. Quin & modum iam invenerunt moderatam ad ſaliendum conficiendi ſalſuginem, ſi ovum in ea videatur natare. Nam vbi etiam num ſedit, ac nondum ſuper ſalſuginis ſuperficiem innatat, aquoſa magis eſt, & dulcis. Graviter verò ſalſa eſt, vbi tanta eſt ſalis copia indita, vt amplius liquari, qui poſtea adijcitur, nequeat. Quam aquam ſi pondere non gravaberis, omnium aquarum comperies graviſſimam, &c.*

Apij vice quid. *Hortenſis Apij herba* (inquit Dioſcorides cap. 74. lib. 3.) *ad eadem quæ Corianum convenit*: & cap. 75. libri dicti. *Eleoſelinum* (ait) *in humidis naſcitur, ſativo grandius, & ad eadem efficax.*

Ariſtolochiæ vice quid. Ariſtolochiarum ſuccedaneum vbi de earum electionibus opere hoc tractavimus, ſcriptum invenies.

Anacardi vice quid. Pro Anacardo nonnulli ex recentiorum numero Betonicam ſubſtituunt.

Aquæ pluvialis vice quid. Paulus Aegineta cap. 50. libr. 1. aquam æſtivam, quæ tonitru decidit, reliquis omnibus præſtantiorem eſſe ait, cuius penuria fontanam ſynceram ſubſtituit Galenus cap. 2. lib. 7. de comp. Pharmac. ſecund. loc. ita dicens: *Tibi verò etiam fontana ſufficit, pluvia non præſente, ſi munda ſit, & omnis mixturæ expers.*

Aporinis vice quid. *Ad ſimile enim* (inquit Galenus lib. de ſimp. medic. facult.) *eſt Gallium Aparinæ, facultatem obtinens exiccatoriam & ſubacrem: flos eius ſanguinis profluvijs competere videtur, & combuſtis mederi.*

Aniſi Cretici vice quid. Creticum laudatur Aniſum à Dioſcoride cap. 65. lib. 3. eius vice Carum ſummendum, de quo Dioſcorides ipſe cap. 66. lib. nunc citati differens, ita ait: *Carum ſemen eſt vulgaris notitiæ. Excalfacit, vrinam concitat, ſtomacho vtile, os commendat, concoctionem adiuvat, vtiliter miſcetur Antidotis, & Oxyporis, Aniſi vicem præbet.*

Antimonij vice quid. Dioſcorides agens de Stibio cap. 99. lib. 5. ſequentia literis verba commendavit. *Siſtit & ſanguinem è cerebri membrana profluentem: & vt in vniverſum dicatur, vis vſto plumbo ſimilis eſt.*

Arthanitæ vice quid. Arthanitæ, ideſt Cyclamini vice Cucumeris ſylveſtris radicem ad vnguenta, & alias compoſitiones, quæ extra applicantur, paranda, iuniores authores Medici ſubſtituunt.

## B.

Balſamitæ vice quid. Balſamita quę Siſymbrium à Gręcis & Latinis appellatur, cuius flores, & folia in vſu Medico ſunt, duplex apud Dioſcoridem de qui-

quibus cap. 155. & 156. lib. 2. diſſerens, ita inquit: *Siſymbrium (alij Serpillum ſylveſtre vocant) in ſolo inculto naſcitur, Menthæ, Hortenſis ſimilitudine, odoratius, latiore folio. Inſeritur coronis. Alterum Siſymbri genus, quod aliqui Cardaminam, alij Sion appellant. Ea herba riguis gaudet, & eiſdem in locis quibus Sion provenit: quæ ideo nonnullis Cardamina nominatur, guſtu Cardamum, ideſt, Naſturtium repræſentat. Folia primum ratunda prodeunt, adulta Erucæ modo finduntur, &c.* Primum genus officinis abſolute Siſymbrium dicitur, & ab herbarijs Aquaticamenta, vulgo Sandalos Hiſpanico. Author qui Pauli Succedanea ſcripſit, Siſymbri penuria Ocymum accepit, & ex recentiorum numero multi authores Medici Sampſychum, quod ſuccedaneum omnibus præſtantius viſum nobis eſt.

Bedellij vice quid.

Galenus lib. Methodi 14. de Scirrhoſi affectus curatione, ita ait: *Et tantum ad illum affectum convenire, quæ emolliendo digerere poſſunt: eiuſmodi ſunt Ammoniacum thymiama, & Bdellium.* Et Cornelius Celſus lib. & cap. 5. *Bdellium in omnia* (inquit) *idem quod Ammoniacum poteſt.*

Ben vice quid.

Avicenna Can. 2. cap. proprio de Ben agens, inquit: *Loco Ben ponitur quantum ipſum eſt de Rubea, & medietas ſui de corticibus Caſsiæ ligneæ, & decima ponderis eius de Maci.*

Been, vel Behen.

Been album & rubrum, idem ſunt, quod Paſtinacæ albæ & rubræ radices ſylveſtrium, Haly cap. 34. lib. 2. Practicæ authore. Differens Dioſcorides cap. 59. lib. 3. de Paſtinaca, in hunc modum ſcripſit: *Sativa ad eadem pollet, inefficatior tamen, & cibo optior.*

Berberorũ vice quid.

Berberis officinarum, id eſt, fructus Creſpini, familiaris eſt notitiæ, cuius vice recentiores Medici Ribem, vel Malipunici grana accipiunt, & non abſque ratione: nam ſimiles habent vires.

Bedeguar vece quid.

Bedeguar, id eſt Spina alba, eius vice Dioſcoridis authoritate Arabica, quam Sucaha Arabes vocant, ſumi poteſt, nam cap. 15. lib. 3. ita inquit: *Arabicam Spinam naturæ albæ ſpinæ ſimilem eſſe conſtat, ipſa ſiquidem aſtringit, &c.* Noſtra tempeſtate vtraque caremus, cuius rei ratione varij Authores pro eis varia ſuccedanea ſubſtituunt. Sed mea ſententia Cardui Sanctæ Mariæ appellati, qui maculas albas, aut veluti lactis guttas habet, ſuis ſparſas folijs, Fuchſij authoritate lib. de ſtirpium natura, & ſecundo de comp. medicamentorum, agens de ſyrupo de Eupatorio, radices accipiendæ, veluti non ſolùm in facultatibus, ſed omnibus in rebus magis ipſis ſimiles.

Bituminis Iudaici vice quid.

Bitumen Iudaicum Dioſcorides c. 100. lib. 1. appellat, eius loco Galenus lib. de ſimplic. med. facul. 11. vires quas Bitumini, Pici lib. 8. eiuſdem tractationis dedit, quod & Avicenna cap. 118. can. 2. etiam ſcripſit, dicens de Bitumine Iudaico differens ita: *Virtus eius proxima eſt virtuti Picis.*

Biſtortæ vice quid.

Similes rei herbariæ ſtudioſi Tormentile facultates quas habet Biſtorta, tribuunt, quod rationi conſonum viſum nobis eſt.

Blattæ Bizantiæ vice quid.

Blatta Bizantia, hoc eſt vnguis odoratus, vel Conchylij tegumẽtum, rarenter ad nos pervenit. Eius vice Dioſcoridis authoritate Purpuræ, & Buccinorum teſte ſumendæ, qui cap. 10. lib. 2. ita ſcripſit: *Crematum Conclynum, eadem efficit quod Purpura, & Buccinum.*

Bolus abſolute petita, & eius vice quid.

Bolus ſimpliciter apud Arabes Rubrica Sinopica, quam Græci, appellant: de qua Averrois cap. 43. lib. 5. Collect. differẽs, ita ait: *Halmagra, id eſt Bolus, cum qua tinguntur muri, & parietes, frigidæ, & ſiccæ complexionis, vermes inteſtinorum necat, &c.* Duo eius apud Dioſcoridem genera, quorum quæ (etſi eaſdem vires habent) Sinopica ad omnia fabrili efficacior, Authore Dioſcoride ipſo cap. 112. lib. 5.

Burungi vice quid.

Durungi, & non Burungi legit Matthiolus libro ſuarum epiſtolarum quinto; nam Chalcographus pro D. B. impoſuit. Durungi apud Avicennam

nam canone ſecundo Doronicum eſt. Eius vice Nicolaus, qui vnà cum Meſue circunfertur, confectione lætificante Galangæ dimidium ſubſtituit; Iſaac ipſius Galangæ æquale pondus lib. 2. pract. quod mea ſententia obſervandum eſt; nam Galanga ipſa, & Doronicum vno, & eodem gradu calida & ſicca ſunt ſimplicia, ideò vnum alterius loco æquali pondere ſumendum.

Brioniæ. Brioniæ, id eſt vitis albæ vice, nigram ex iuniorum Medicorum numero nonnulli accipiunt.

Bugloſſi vice quid. Duæ Buglosſi ſpecies apud Meſuem, vt ſyrupi Bizancini Schedula videre eſt, in qua ita inquit: *Succi Borraginis, aut bugloſſæ domeſticæ, aut ſylveſtris aña libram vnam, &c.* Quibus verbis non ſolùm præter Borraginem duplicem Buglosſi ſpeciem eſſe, ſed indifferenter vnam pro alia ſubſtituere viſum eſt. Sepibus Curię huius ambæ Buglosſi ſpecies procreãtur, quas egomet ſæpè collegi.

## C.

Calami aromatici vice quid. CAlamus aromaticus, quo hoc tempore Pharmaceuticę officinæ vtuntur, non Calamus, ſed Acorum eſt. In cuius penuria Serapio Laſahatem, ab aliquibus Narcaptum, alijs Laſerpicium vocatam, cap. 185. lib. ſimplicium ſubſtituit, ita dicens: *Habetque virtutem ſimilem Calami aromatici.* Ego vero ſilvium ſequens, Acorum eius vice ſubſtituo, qui ſuæ Pharmacopeę lib. 1. ita inquit: *Calamus aromaticus, quem officinæ oſtendunt, radix videtur, & rei alterius, quam calami, tamen viribus proximis pollere, odor, & ſapor indicant.*

Camphoræ vice quid. Caphura ferulaceæ arboris lacryma eſt, à recentioribus Græcis, & Arabibus omnibus Medicis cognita. Sed quę ad nos affertur, genuina minimè eſt, quod duabus pręcipuis rationibus conſtat. Prima, quia virtutibus, ab facultatibus ab eis, quas pura, & vera continet, nimis diſſentit. Secunda, quia electionis verę ſignis non convenit. Quod vera, & quę nũc ad nos affertur, facultatibus differãt, Avicennę authoritate cap. 134. lib. 2. comprobatur; nam Caphuram ipſam frigidam, & ſiccam gradu tertio eſſe apertè ſatis ſcripſit, quod etiam Serapio cap. 344. lib. ſimp. Iſaac Eben amaram authoritate confirmat, ita dicens: *Camphora eſt frigida, & ſicca tertio gradu, &c.* Et cùm proprium frigidi medicamenti refrigerare, denſare, incraſſare, aſtringere poros cutis, & alios omnes meatus (vt patet ex Galeni ſententia lib. 8. & 9. Metodi, & 4. de ſimp. med. fac. Aphor. que 20. lib. 5.) ſit, & è contra (vt ipſemet Galenus cap. 1. lib. 4. ſimp. & Ariſtoteles cap. 3. lib. 5. de generatione animaliũ oſtendunt) quod calidum eſt (quia contrariorum contrarij ſunt effectus & cauſę) attenuat & craſſa ſi liquida ſunt, ſępè in vaporem convertit: ſi aridaque, ea tenuioris ſubſtantię reddit, rarefacit denſata frigore, poros & meatus apetit, ſiccum deſiccat, rarefacit, rugas, & aſperitudines facit: Caphuram, qua noſtra vtitur tempeſtate, veram, & ſynceram (vt ab arboribus colligitur) eſſe (quia eius vires à dictis contrarię ſunt) minimè rationi eſt conſentaneum. Hęc (vt experientia conſtat) cuti admota, ipſam calfacit, raram mollem, ac lęvem reddit, ipſiuſque rugas adimit. Cuius effectus contrarij ab eis, quę frigida, & ſicca medicamenta habent, omninò ſunt. Vnde, aut veram non eſſe dicẽdum, aut de eius facultatibus Arabes è contra loquutos fuiſſe, dum dicere eam frigidam, & ſiccam tertio gradu eſſe; nam calidi, & humidi effectus efficit. Cuius rei ratione panẽ intra calidum poſita, ſoli, vel igni admota, facilè evaporatur, ac evaneſcit, & nullam ferè terreſtris elementi, quia eius parum habet (nam à prędominio calida, & humida eſt) partem eis derelinquit, quod frigidis, & ſiccis medicaminibus evenire (quia terrę eſſentię ſunt) impoſsibile erit.

Vnde evidenter conſtat vulgarem non veram eſſe Caphuram, de qua recentiores Greci, & Arabes ſcripſere.

Grave ſimpliciter quid.

Quod hoc ita ſit, ex Ariſtotelis ſententia evidenter apparet, qui libro, & capite 4. de Cœlo, ita inquit: *Primum igitur ſit definitum, vt vniverſit videtur, grave quidem ſimpliciter id eſſe, quod omnibus ſubſtat. Leve autem, id quod ſuper omnia natat. Simpliciter autem dico in ipſum genus reſpiciens, & in ea, in quibus ambo non inſunt. Ignis enim quævis magnitudo, niſi fortè quippiam ælud prohibeat, ferri ſurſum videtur; & terræ etiam quævis magnitudo deorſum eodem modo: & celerius id fertur, quod maius eſt. Alio vero modo gravia, & levia, quæ ſunt ea, quibus vtrumque ineſt; etenim natant, & ſubſtant, vt aer, & aqua: abſolutè namque neutrum horum leve eſt, aut grave. Terra enim ambo ſunt leviora: quævis enim pars ipſorum ſubſidet igni, ad ſe ipſa vero ſimpliciter aliud eſt grave, aliud eſt leve: aer enim quantavis magnitudine ſemper eſt ſuper aquam: aqua autem quantavis quantitate, ſubſidet aeri ſemper.* Hactenus Ariſtoteles; ex cuius verbis apertè nimis apparet, quod ſi vulgaris Caphura frigida, & ſicca gradu iam dicto fuerat (quia quæ huius ſunt nature, non in fumum exhalantur) non evaporaretur, vt dictum iam eſt; nam terra, & quæ eius plurimum habent, gravitatem habere neceſſe eſt.

Leve quid.

Ignis ſurſum fertur.

Terra deorſum fertur.

Aqua, & aer nec gravia, nec levia elementa.

Secunda ratio, quę vulgarem Caphuram ſinceram non eſſe demonſtrat, vt à ſua colligitur arbore, eſt, ipſam nullo modo notis ſuę electionis convenire; nam hæc, etſi, à vera originem habet, ſublimationis ratione alias habere facultates à primis diverſas certum eſt. Et vt veritas hæc magis eluceſcat, electionem, quam Serapio Iſaac authoritate cap. 344. lib. ſimp. ſcripſit, in medium afferamus, quæ ſequens (vt eius verbis vtamur) eſt. *Sed melior Camphora eſt Rihach, & eſt illa quæ naſcitur, & egreditur ex ligno per ſe in ſua arbore, & color eius eſt rubeus maculatus, &c.* Vulgaris enim Caphura albiſsima cum candore eſt, non rubra, nec maculata: ergo non ſyncera, nec electa. Verum eſt, quòd ex ſyncera fit, nam Serapio ipſe loco nunc citato ita inquit: *Quæ poſteà ſublimatur ibi, & fit Camphora alba, & dicitur Riachin* (& illico) *Et omnes iſtæ ſpecies Camphoræ clarificantur per ſublimationem, & egreditur ex eis Camphora alba in laminis albis, ſimilibus in figura ſua Paraſidibus, & vocatur iſta Camphora ſic ſublimata, Camphora operata: & dicitur, quod de Balanich, & Carſab erit de ſublimatione ex Imoemud libra vna de ſublimata, vſque ad libram mediam, &c.* Ergo ſi Caphura non ſublimata eſt rubra, ſublimataque alba, & ex libræ pondere cuius non ſublimata eſt, in ſublimatione deperditur libræ ſemis; conſonum rationi erit ſi dicamus, ipſam ſublimationis cauſa, colorem & facultates mutaviſſe. Et ratio eſt, quia ipſamet ſublimatione partes ſubtiles elevantur, craſſæque, & terreſtres in vaſis fundo remanent. Et cùm terreſtres frigidæ, & ſiccæ, quæ in Caphuræ ſubſtantia, vel eſſentia prædominium habebant, ab ipſa ſeparentur ſublimationis arte, calidam, & humidam partem ſublimatam, qua vulgus vtitur, eſſe neceſſe eſt. Cuius rei ratione veræ, & non ſublimatæ vires habere non poteſt. Ideoque Arnaldi authoritate præfatione Antidotarij Santalus ruber eius vice, vel Nymphea, quæ (vt Author eſt Avicenna tract. 2. lib. de viribus cordis) quæ ei vires ſimiles habet, aut Roſæ rubrę accipiantur.

Quæ plurimum terrę habent, vbique gravitatem habent

Caphurę vice quid.

Cardamomi vice quid

Quatuor Cardamomi Plinius ſpecies ſcripſit, ſed ſi Matthiolo fides adhibenda eſt, ex his quibus officinæ vtuntur, nulla Græcorum, nec Arabum earum eſt. Ideoquè cùm recentiorum Medicorum authoritate, viſum nobis eſt, vt Cardamomum, quod vaginis incluſum fartumquè ad nos affertur, eius vicem ſuppleat, vel Harmala, & Schenantum pari pondere mixta, ex Avicenna Can. 2. cap. 160. vbi inquit: *Loco eius ponitur Harmel, & Schi-*

*& Schinantum.*

Carpobalſa mivicequid Perperam veri Carpobalſami vice vulgare (vt nonnulli faciunt) accipitur, nam ideſt quo Dioſcoridis ævo verum adulterabatur, atque de Caſtello quodam Petra appellato afferebatur, quod Piperis ſaporem referebat. Matthiolus, & Maranta cum alijs doctis viris Carpobalſami veri inopia Cubebas vulgares accipiunt. Sed Myriſtica nux omnibus ſuis qualitatibus Carpobalſamo ipſi ſimilis eſt, ideoque eius vicem recte ſupplet.

Carpeſij; id eſt Arabum Cubebæ vice quid. De Carpeſio Galenus lib. de ſimplic. medicamentorum facultatibus 7. differens ita inquit: *Carpeſium ſimile eſt vocato Phu, non guſtu tantum, ſed & facultate, & plus habet tenuitatis.* Libro etiam de Antidotis primo: *Cum plurimum habere Carpeſium* (ait) *multis medicamentis admiſcui, in quibus Phu imponi debuerat.*

Caſtorei vice quid. Aetius ſerm. 2. tetrabibli. 1. capite 178. Caſtorei inopia Canis fluviatilis teſtes ſubſtituit, ſic inquiens: *Canis fluviatilis teſtes ad eadem commodi ad quæ Caſtoris teſticuli exiſtunt. Sunt tamen debiliores.*

Cātharidū vice quid. Cantharidum abſentia, non male Pinorum Erucæ, aut Bupreſtes ſubſtituentur, quod Galen. lib. 11. de ſimplic. med. fac. ita docet: *Sunt, & ipſæ animalis quoddam genus Cantharidibus, tum ſpecie, tum viribus adſimile. Quin & Erucæ, quæ in Pinis naſcuntur, merito ſane nuncupatæ Pytiocampæ, iſtius ſunt facultatis.*

Chalcitidis vice quid. Galenus lib. 9. de ſimpl. medic. facult. hæc verba pennæ commendavit: *Itaque mirum non eſt, tria hæc medicamenta eiuſdem genere facultatis eſſe, Sori dico, & Chalcitim, & Miſi, tenuitate, & craſſitudine partium inter ſe diverſa: Craſſiſſimum enim eſt inter ipſa Sori; tenuiſſimum Myſi, mediam vtriuſque facultatem habet Chalcitis.* Hactenus Galenus, ex cuius verbis palā videtur, quod Myſi, & Sori æqualibus ponderibus mixta Chalcitidis vires, & Chalcitis, Myſi & Sori habent. Dioſcoridis ſententia cap. 117. lib. 5. Chalcitis, & Myſi eaſdem vires obtinent, cuius verba ſunt quæ ſequuntur. *Vim* (Myſi ſcilicet) *& vſtionem cum Chalcitide eandem.*

Cambil vice quid. Tametſi huius medicamenti facultates memoriæ mandatæ ſint, ab Authoribus quid ſit, omnino non eſt compertum. Eius loco Pumicem accipiendā eſſe aiunt: quod non à ratione alienum viſum nobis eſt.

Chancris vice quid. Canchris, ſemen primæ Roſmarini ſpecies eſt: cuius loco Aetius capit. 5. libr. 12. Pyrethrum, agens de Leænæ emplaſtro, ſubſtituit, ita dicens: *Canchrios vnciam vnam accipito, aut pro eo Pyrethri tantundem.*

Calaminthæ montanæ vice quid. Calaminthæ ſpecies tres Dioſcorides cap. 43. lib. 3. literis commendavit: quarum quæcumque, quæ ad manum ſit, alterius vicem ſupplere poſsit. Andromachus Senior ad Theriaces compoſitionem Calamenthum aſſumit; & Iunior Latinam denominationem retinens, Nepetam, quæ eadem planta eſt: & quia multis in locis, Nepeta ipſa paſsim invenitur, aliarum ſpecierum vicem (etſi prima, quæ montana appellatur, teſte Galeno lib. 7. de ſimplic. medicament. facultat. omnibus efficatior.) ſupplere poſsit.

Camedrios vice quid. *Chamædris* (inquit Dioſcorides cap. 112. lib. 3.) *Græcis, alijs Chamædros, Latinis Triſsago dicitur,* Avicenna cap. 136. can. 2. Chamædrios vice Eupatorij & Aſpleni folia ſubſtituit, dicens: *Loco eius ponuntur folia Eupatorij, & Scolopendriæ, &c.* Sed Eupatorium eiuſdem Avicennæ, non Meſues, nec Dioſcoridis intelligendum eſt.

Chamæpytios vice quid. Chamæpytis, ideſt parva Pinus, cuius Dioſcorides tria genera capite 175. & 176. lib. 3. ſcripſit, & vnum alterius vice ſubſtitui poſſe oſtendit, ita dicens: *Tertia mas nominatur parvula, folijs exilibus, albis, piloſis, caule aſpero, candido, luteis floſculis ſemina iuxta alas. Reſipit & hæc Pinum. Eæ duæ vim ſuperioris obtinent, ſed non vſque adeo efficacem.*

Ciſte vice quid. Ledon Ciſti vicem habet, ideo Dioſcorides cap. 129. lib. 1. ita ait:

*Eſt*

*Eſt, & alterum Ciſti genus Ledon à nonnullis appellatum, frutex ſimili modo naſcens, longioribus folijs, & nigrioribus, quæ verno tempore quiddam contrahunt pingue. Foliorum vis aſtringens, ac eoſdem quos Ciſtus effectus præbens.*

Cytinorũ vice quid. Primum Malipunici partum cum flore Cytinum Plinius capite 6. libr. 23. vocat, Galenum ſequutus, vt lib. 6. de compoſit. pharmac. ſec. loc. videre eſt. Quo tempore arbor florere deſinit, fructus ipſius (Hiſpanicæ Granadinos vocati) apparet, cuius vice Dioſcoridis cap. 154. lib. 1. authoritate Malicorium accipiendum, cuius verba ſunt: *Malicorium aſperum eſt mali Punici putamen, quod aliqui Sidion appellant. Id ſpiſſundi vim habet, & quos Cytini, præbet vſus.*

Cimoliæ vice quid. *Cimoliæ* (inquit Dioſcorides cap. 176. lib. 5.) *duo genera, candida ad purpureum inclinans. Optima exiſtimatur, quæ innatam habet pinguedinem, tactuque frigida ſenitur, &c.* Eius loco Matthæus Sylvaticus ferri recrementum, & molæ attritorum ſimul ſubſtituit, ex Cornelij Celſi authoritate, ca. 162 ſuorum ſimplicium.

Citruli vice quid. Citruli vnum ex quatuor maiorum ſeminum mundatorum ac frigidorum eſt: quorum vnum pro alio ſubſtitui poteſt, authore Iſaac cap. 50. lib. 7. Practicæ.

Colophonię Reſinæ vice quid. Triplex Colophonia Reſina apud antiquos, quæ à Colophone delatę tres differentiæ, vnde eis nomen datum: Vna ſcilicet, liquida, picea, & pinea. Alia etiam ipſamet, ſed cocta veluti Reſina communis, qua officinis vtimur. Tertia denique peculiaris ac vera, quæ Chiæ Maſtichi ſimilis eſt: Liquidæ vice Terebinthina è Terebintho collecta, vel Abiegtina, ſiccæ, Pis Græca vulgaris, vel Reſina iuniorum Medicorum authoritate accipiendæ.

Condrillæ vice quid. De Condrilla Dioſcorides cap. 161. lib. 2. differens, ita inquit: *Condrilla, quam aliqui Cichorion, alij Serim appellant, caulem, flores, & folia habet Cichorio ſimilia: qua ex cauſa nonnulli ſylveſtris Intybi ſpeciem eſſe pronuntiarunt, verum tenuior tota eſt, &c.* (Et deinde) *Contra viperas* (inquit) *in vino pota proficit. Succus decoctæ in vino, aut per ſe ſe potus aluum ſiſtit. Aliud habetur Condrillæ genus folium ferens oblongum circumroſum humi ſparſum, caulem ſucco madentem lacteo: radice tenui rotunda, levi, vegeta flaveſcente, ſuccoſa.* Hactenus Dioſcorides. Ex cuius verbis apertè ſatis conſpicitur differentia, quæ inter Condrillas. & Scorçoneram, (quam aliqui Viperinam vocant, à radicis cum Dryno, ſeu Excuerco, & Vipera ſimilitudine) verſatur. Præterea Viperinæ radix craſſa, carnoſa eſt, Condrillæ gracilis, ac lignoſa. Prima Condrilla ſimilem viperinæ vim habet, nam adverſus viperas valet, (ideòque à nonnullis Viperina vocatur) & aſtrictionis nonnihil (vt viperina) particeps eſt: ideòque alterius vna præſtare vicem poſſit.

Chryſocollę vice quid. Cryſocolla, ideſt auri glutem, à Bulgo Borrax vocata, naturalis & factitia eſt, Naturalis præſtantiſsima eſt, quæ æris fodinis, quæ in argenti reperitur, ſecundum locum habet: quæ in plumbarijs vilior omnibus, aurariæ tertium datum. Factitia fit ex rupeo alumine; ſale, nitro, & alijs: & (vt Dioſcorides lib. 2. & Galenus 9. de ſimp. med. facult. ſcripſere) ex puerorum vrina in mortario æreo, æreoque piſtillo ducta, donec vnguẽti craſsitiem habeat. Veræ, ac laudatiſsime inopia Dioſcoridis authoritate capi. 105. libr. 5. Armenus lapis ſubſtituendus, nam dicto loco inquit: *Eadem quæ Cryſocolla præſtat, ſed inefficatius,*

Cinamomi vice quid. Dioſcorides cap. 12. lib. 1, de Caſsia Aromatica differens, ſequentia verba literis mandavit. *Ea duplo pondere medicamentis mixta Cinnamomi vicem ſupplet, ſi ipſum deſit: nam eoſdem effectus præbet, &c.* Dubitandi anſam Dioſcorides ipſe verbis dictis, eis qui ipſius verba accuratè animadvertunt, profecto præbuit. Nam medicamentum tertio gradu calidum, duplo põdere, vice alterius, quod eodem gradu

du calidum eſt, accipere, non eſt rationi conſentaneum. Ego verò Cinnamomum ab electiſsima Caſsia differre nihil exiſtimo: ideòque eodem pondere pro eo aſſumendam: quod Galeni authoritate cap. 1. lib. 3. & 7. lib. 8. de compoſitione pharmacop. ſecund. loc. comprobatur, vbi ita inquit: *Iniÿcies autem & Cinnamomum, ſi habueris, aut Caſsiam, illo non præſente, tum eam, quæ Zigeres, tum quæ Metodes appellatur.*

Cozumbri vice quid. Ad Catapotia de Cynogloſſo parãda Nicolaus, qui vna cum Meſue circumfertur, Cozumbrum petit, etſi nonnullis codicibus typographi negligentia Corimbi legitur. Varij authores varia eius vice ſuccedanea ſcripſere: nam nonnulli fœcem Styracis liquidi, alij Narcaphtum, id eſt Thymiama à vulgo Almea vocatum accipiunt. Ego enim Styracem Calamitam Cozumbrum eſſe, cum eis, qui ipſius nominis expoſuere ſignificationem, & nominis ratione tantùm differre non abs re exiſtimo. Eius vice Styrax rubrus accipiendus, qui magis hoc in genere electus.

Cicutæ vice quid. De Taxo Dioſcorides cap. 12. lib. 6. diſſerens in hunc modum, inquit: *Smilax, à quibuſdam Thythimalum, à Latinis Taxus appellatur: frigidus vniverſo corpori ſtrangulatus, & celerem interitum infert, cui eadem quæ Cicutæ conveniunt.* Galenus lib. 7. de ſimplic. med. facult. & cap. 13. lib. 1. Papaveris ſemen, & Cicutæ in eodem temperamento conſtituit.

Coſti vice quid. Coſti genera tria Dioſcorides cap. 15. lib. 1. literis mandavit: ſed omnibus caremus. Eius vice nonnulli radicem Helenij recipiunt. De Pipere diſſerens Galenus lib. 8. de ſimplic. med. facult. ita ſcripſit. *Piperis radix vires Coſto ſimiles potiſsimum obtinet.* Matthiolus, & Ioannes Coſteus pro eo Zedoariam vulgarem ſubſtituere.

Corni vice quid. Corni arboribus fructus (inquit Galenus lib. 7. de ſimp. med. facult.) admodum acerbus eſt, eſui aptus. Itaque mirum videri non debent, ipſum valenter ventrem reſtringere ſicut & Meſpila.

Centauri magni vice quid. Paulus Aegineta lib. 7. ita inquit: *Centauri minoris radix inutilis eſt, ſurculi citra morſum potenter deſiccant. Quapropter ad ſingula quæ maius Centaurium iuvant, accommodati ſunt.*

Conſolidarũ vice quid. Tria apud iuniores Conſolidarum genera, maius, minus & medium: quorum Arnaldus cap. 3. lib. 2. de Crepatura diſſerens, mentionem fecit. Maior Conſolida, Simphitum Dioſcoridis eſt: de alijs opinionum eſt diverſitas. Omnibus aſtringendi & conſolidandi iuniores ipſi vim dedere: ideò quævis aliarum vicem ſupplere poſsit. Ego verò Equiſetum herbam, aut Pentaphilli, aut Cytinos loco cuiuſcumque Conſolidæ apponerem nam vim ſimilẽ cum ea, quam Conſolidis tribuunt, (vt ſuis capitibus apud Dioſcoridem videre eſt) habent.

Corticum radicũ capparum vice quid. Corticem radicum Capparum vice, vel abſentia fructus eorum ex Galeni doctrina lib 7. de ſimp. med. facult. accipiendus: de quibus diſſerens, ita inquit: *Radicis cortici fructus proportione virium reſpondet, niſi quod ad omnia ſit imbecillior.* Mirice cortices recentiores nonnulli ſubſtituunt. Ego verò medicamentis, quæ extra applicantur, Iridis radicem apponerem.

# D.

Dauci vice quid. GAlenus lib. 7. de ſimp. medicamentorum facultatib. Dauci loco Caucalim ſubſtituit, dicens: *Caucalis quidam Daucum ſylveſtrem nuncupant: eſt enim ei ſimilis guſtu, ſimul ac viribus.*

Damaſoni vice quid. *Quod ſi Damaſonium non adſit* (inquit Aetius cap. 29. lib. 13.) *Eringium conÿce.*

Darſeni vice quid. Darſenum, Caſsia electiſsima, & Cinnamomum idem, authoribus Averroe cap. 41. lib. 5. collig. Iſaac cap. 45. lib. 2. Practicæ, Andrea Bellunienſe in expoſitione Arabicorum nominum ab Avicenna ſcriptorũ. Ideòque

que vbi Darſenum petitur, electiſsima caſsia opponenda eſt.

Doronici vice quid.

*Loco eius*) inquit Avicenna Canone ſecundo) *ponitur Zurumbet æquale pondus, aut duæ tertiæ ponderis ipſius de Garyophilis.* Nicolaus qui cum Meſue circunfertur, in electarij lætificantis compoſitione, inquit: *Doronici loco eius ponitur ſemipondus Galangæ.* Sed cum vno & eodem gradu medicamenta hęc calida, & ſicca ſint, vt Iſaac authoritate lib. Practice ſecundo videre eſt, inconſentaneum rationi videtur, duplum Galangę pro Doronicis ſubſtituere. Ideòque mea ſententia ipſiuſmet Iſaac etiam iuſſu, idem pondus aſſumendum.

Dictamni Cretici vice quid.

Dictamni Cretici loco Dioſcorides cap. 37. lib. 3. Pulegium ſativum ſubſtituit, dicens: *Præſtat omnia quæ Sativum Pulegium, ſed efficacius multò.* Et cap. 28. de Pſeudo dictamno inquit: *Quòd Pſeudo dictamnum vocant: multis in terris naſcitur, ante dicto ſimile, ſed minus quàm illud acre. Eoſdem effectus præbet, ſed inefficacius multò, &c.*

Diphrygis vice quid.

Dioſcorides cap. 120. lib. 5. de Diphryge agẽs in hunc modum ſcripſit: *Præfertur quod ſaporem æris reddit, æruginiſquè ſtringens, & vehementer exiccans linguam: quod ſibi exuſta Ochra non vendicat: quæ cremata Diphriyges vice venit.*

# E.

Euphorbij vice quid.

IN Nervorum vulneribus vice Euforbij, Caſtoreũ aut Sulphur iniicienda, Aetij authoritate cap. 27. lib. 14. vbi inquit: *Deficiente verò Euphorbio, Sulphur, aut Caſtoreũ admiſcebis; aut conſimile quiddam calidum, & tenuium partium.*

Eſulæ vice quid.

Eſulæ penuria ſpecies quælibet Tithymalorum accipienda, quod Galeno placet, vt lib. 8. de ſimplic. medic. facult. videre eſt, vbi ita inquit: *Tithymal, omnes vincentem habent, acrem calidamquè facultatem: ineſt verò ipſis & amaritas. Cæterum hæc omnia genere quidem ſimiliter, imbecillius tamen, & folia, fructus præſtare poſſunt. Quibus ſanè, & ad piſces in aqua ſtagnali capiendos vti ſolent.* Celerrimè namque ab illis in vertiginem acti, ac ſemimortui redditi ad aquæ ſuperficiem feruntur.

Piſces necantia.

Ellebori vice quid.

Galenus libro 1. de compoſitione pharmacorum ſecundùm loc. agens de compoſitis ad Alopecias ita ſcripſit: *Veratri vtriuſque drachmam vnam, nec refert albo nigro Veratro, quod ad manum ſit, vtaris, &c.* Sed hoc in medicamentis quæ extra applicantur, intelligendum eſt. Libro etiam 8. de ſimplicium medicamentorum facultatibus pro Veratro Seſamoidem ſubſtituit, dicens: *Seſamoides magnum, quod & Atycides Elleboros appellatum eſt, propterea videlicet quia ſemen eius vt Elleborus expurgat: hoc & reliqua facultate, Elleboro ſimile eſt.*

Elaterij vice quid.

Lib. 8. de ſimplic. medicament. facultat. Galenus de agreſti Cucumere diſſerens ſequentia verba ſcripta reliquit. *Bonum item eſt regio morbo affectis fuſum cum lacte innares. Sed & dolores capitis ſanat hoc vſu: atque Elaterium quidem eiuſmodi eſt. At radicis ſuccus, vt & foliorum, licèt Elaterio ſimilem vim habeat, imbecilliorem tamen. Sed & ipſa radix ad ſimilem facultatem poſsidet: abſtergit namque, digerit, atque emollit. Porro cortex ea potentius deſiccat, &c.* Ex cuius verbis apparet, pro Elaterio ſuccum foliorum, & radicis Cucumeris agreſtis, radicemque ipſius ſubſtitui poſſe.

Epithymi vice quid.

Paulus lib. 7. de medicaminibus, quæ bilem atram purgant, diſſerens, pro Epithymo Epithymbrum ſubſtituit, dicens: *Epithymbrum, quod Thymbræ ſupernaſcitur, vt Epithymum ſimiliter vacuat, ſed imbecillius eſt.* Eius etiam vice authore Dioſcoride Parthenium ſumi poteſt, qui cap. 155. lib. 3. in hunc modum ſcripſit: *Siccatum cum aceto mulſo, aut ſale potum, non ſecus atque Epithymum, & bilem & pituitam detrahit: ſuſpirioſis prodeſt, & melancolicis.*

Eſbrij vice quid.

Eſbrium idem eſt (opinionibus diver-

diverſis derelictis) quod Ebulus, de quo Dioſcorides lib. 4. cap. 175. diſſerens, ita inquit: *Alterum genus Chamæacte vocatur Romanis Ebulum. Eadem vtriuſque vis, & vſus exiccans, aluo detrahens aquam, ſtomacho inutilis, &c.* Ex cuius verbis palam videtur Sambucum pro Ebulo, & è contra ſubſtitui poſſe.

# F.

Faufel vice quid.

SErapionis verba cap. 345. lib ſimpliciũ agens de Faufel hæc ſunt: *Loco eius ponetur pondus ipſius Santali, & medietas põderis eius ex Coriandro recenti.*

Floris Iunci odorati vice quid.

Iunci odorati florem vocant. Andromachus in ſuæ theriaces compoſitione, non Iuncum cum floribus, ſed ſimpliciter Iuncum imponendum pręcipit: quia raro vetuſtis illis temporibus flores Greci habebant: Nos enim ratione ducti, flores pro tenerrimis partibus ipſius Iunci, vel è contra, vel ambo ſimul ſubſtitui poſſe iudicamus, *Floris* (inquit Dioſcorides cap.16. lib. 1.) *culmorum radiciſque ipſius eſt vſus.*

Floris æris vice quid.

Floris æris penuria ærugo æris accipienda, vt agentes de vnguenti Aegipciaci & Apoſtolorum compoſitionibas noſtra Pharmacopæa rationibus, & authoritatibus literis mandavimus.

Fuliginis Thuris vice quid.

Dioſcorides cap.86.lib.1.ita inquit. *Simili modo è Myrrha, Reſina, Styrace, reliquiſque lacrymis fuligo excipitur, ad eandem conveniens.*

Folij vice quid.

Malabathrum, idem eſt quod Folium: de quo Dioſcorides cap.11.lib.1. diſſerens, in hunc modum ſcripſit: *Malabathrum arbitrantur aliqui eſſe Indici Nardi Folium, falſi quadam odoris cognatione. Permulta enim Nardum olent, quemadmodum Phu, Aſarum, Nitris; ſecus autem res ſe habet. Eaſdem Nardo ſortitur vires, ſed efficacius omnia præſtat.* Quam ſententiam Galen. lib.7.de ſimp.medic.facul.confirmat, ita dicens: *Malabathri folium cum Spica Nardi ſimillimam facultatem obtinet*

Fænugræci vice quid.

De Lino Dioſcorides cap. 125. libr. 2. diſſerens, ita inquit: *Linum vulgo notum eſt, cuius ſemen eaſdem quas Fœnugræcum vires habet.*

Filicis vice quid.

Filix ab Hiſpanis Helecho, Græcis in vnguenti Agrippæ Nicolai cõpoſitione petitur, cuius vice Filix fœmina ab ipſis Græcis appellatur Galeni authoritate lib.8. de ſimp. medic. facult. accipienda: nam ita ſcripſit. *Filix radicem habet maxime vtilem. Similem ei vim habet Thelypteris nominata.*

Floris Salis vice quid.

Pro flore Salis Salem ipſum Dioſcorides cap. 129. lib. 5. agens de Salis flore, ſubſtituit ita dicens: *Et in univerſum acris eſt, & ferventis naturæ vt Sal.*

# G.

Galbani vice quid.

GAlbanum in Serapinum tranſit (vt author eſt Galenus libro de Antidotis primo) propter affinitatem, quam lacrymæ hæ habent. Aetius cap.25.ſer.2.lib. 14. vice Galbani Sagapenum ſubſtituit, dicẽs ita: *Sagapenum vires habet Galbano ſimiles, magis tamen diſcutit, et attenuat.*

Gũmi Arabici vice quid.

Pro Gummi abſolute petito, Arabicum intelligendum eſt: cuius vice Tragacanthum, authore Dioſcoride cap.23.lib.3. ſubſtituendũ vbi ita ait: *Præſtat pellucens, gracilis, levis, ſyncera, & ſubdulcis. Cutis ſpiracula vt Gũmi obſtruit, &c.* Author ille Galeno attributus lib. de Oculis in hunc modum inquit: *Gummi Arabicu frigidum eſt, et ſiccum: obſtruit: Tragacanthum ſimiliter.*

Glutinis Alzanach vice quid.

Glutinis Alzanach (vt noſtra Pharmacopæa de Diachilonis maioris compoſitione agentes, literis commendavimus) piſcium gluten eſt: ideoque vbi gluten Alzanach cognomine petitur, gluten piſcium inijciendum.

# H.

Helſines quid.

PRo Helſine, id eſt Parietaria, Alſinen herbam ſubſtinuit Galenus lib, de ſimp.med. facult.dicens:

*A ſine aut Myoſota, ſimilem Helſine facultatem obtinet, nempe refrigerantem et humectantem,*

Hæmatitæ vice quid. Galeni verba lib. 9. de ſimplic. medicament. facultatib. hæc ſunt: *Ex lapidibus vnus eſt Magnes, adſimilem Hæmatiti vim habet.*

Hemioniti dis vice quid Pro Hemionitide Aſplenum recentiores Medici ſubſtituunt.

Heyl vice quid. Heyl, ideſt Cardamomum maius, authore Serapione cap. 46. lib. Simplicium ſuorum. Quid Cardamomi vice accipiendum, iam litera C. ſcripſimus.

## I.

Iridis Illyricæ vice quid. IRidis Illyricæ ſuccedaneum hoc in opere, de electione Iridis agentes ſcripſimus.

## K.

Karabe vice quid. SErapio libr. ſimplicium cap. 57. de Vernice differens, ita inquit: *Et virtus eius eſt ſimilis virtuti Karave.*

## L.

Labruſcæ vice quid. L*Abruſca* (inquit Dioſcorides cap. 2. lib. 5.) *duorum generum eſt, alterius vna non matureſcit, ſed flores tenues Oenanthen nominatam perducit. Altera ad frugem pervenit, parvis acinis, nigra, et aſtringens. Folia, caules et claviculæ quibus repunt, vim habent cuitæ viti ſimilem, &c.* Aetius lib. 9. cap. 48. Labruſcæ vice vuas immaturas ſiccatas ſubſtituit dicens: *Si œnanthe haberi non poteſt, vuas immaturas, ac ſiccas inijce.*

Lapidis Armenici vice quid. Avicenna lib. 6. de viribus cordis lapidem cæruleum pro Armeno ſubſtituit, dicens: *Lapidis lazuli ſimilem vim habet cum eo quod dicitur de lapide Armeno, niſi quia eſt ipſo debilior parum.*

Lapathi vice quid. Lapathum Rumex eſt cuius Dioſcorides cap. 140. lib. 2. hiſtoriam literis mandavit; & ſequenti capite de Hippolapatho differens, ita inquit: *Hippolapathon Olus eſt magnum in paludibus naſcens; eaſdem habet vires quas ſupra dicta Rumicis genera.*

Lapidis Lyncis vice quid. Lapidis Lyncis, idem eſt quod Seccinum, vel Karabe, vt quadrupedum libro noſtro ample ſatis ſcripſimus; cuius vna pro alia ſpecierum ſubſtituenda.

Lapidis Pyritidis vice quid. Galenus lib. 2. de arte curativa ad Glauconem ad Scirrhoſos affectus curaudos pro Pyrithide molarem lapidem accepit, ita dicens: *Quod ſi Pyrithes in promptu non ſit, Molari eſt vtēdum. Sic enim vocant lapidem, ex quo molas frumenti conterendi parant.*

Lapidis Selenitis vice quid. Lapides Selenitis inopia vitrum vſtum ſubſtituit Galenus cap. 2. lib. 4. de compoſitione Pharmacorum per genera, vbi ita teſtatum reliquit. *Idē poteſt vitrum vſtum, et illud, quod in æreis vaſis calfatorijs concreſit.*

Lupinorū vice quid. Lupinos ſylveſtres pro ſativis Dioſcorides cap. 133. lib. 2. ſubſtituit dicens: *Gignuntur & Sylveſtres Lupini, ſativis ſimiles, ſed minores, qui eadem quæ ſativi poſſunt.*

Lilij vice quid. Galenus lib. 6. de ſimplic. medic. fac. ita de Hemerocalli differens ait: *Hemerocallis radicem habet Lilij radici ſimillem, non figura tantum, ſed & viribus; prodeſt non ſecus atque illa igne ambuſtis, quippe quæ leviter digerentem facultatem habeat, & cum hoc nonnihil aſtringentem.*

Lentiſci vice quid. Vires Terebinthi Dioſcorides cap. 92. libr. 1. ſcripſit ita dicens: *Terebinthus cognita arbor eſt, cuius folia, & ſemen & cortex aſtringunt, & ad eadem ad quæ Lentiſcus conveniunt, ſimili parata modo, ſumptaque.*

Loti corticis vice quid Aetius cap. 48. lib. 9. pro Loti cortice Pini corticem ſubſtituit dicens: *Quod ſi Locus non adſit, corticí Pini vtaris.*

Liguſtici vice quid. De Aniſo agens Plin. cap. 17. lib. 20. in condimentis Liguſtici vicem ipſum habere ſcripſit. Galen. etiam lib. 7. de ſimpl. medic. facult. litera C. in hunc modum ait: *Cymini ſemine maxime vtitur, quemadmodum Aniſi Liguſtici, Cari, Petroſelini. Eſt vero, & facultatis excalfacientis, ſicut illorum vnum-*

*vnumquodque, tum vrinam moventis, & flatum extinguentis, ex tertio ordine excalefacientium.*

Linguęavis vice quid.

Fraxini ſeminis, quod lingua eius etiam appellatur, vice, Serap. capite 226. lib. ſimp. Nucem moſcatam ſubſtituit. & Behen rubrum dicens: *Et pro ea ponitur pondus eius de Nuce muſcata, & medietas ponderis eius ex Behen rubro.*

## M.

Mari vice quid.

DIoſcorides cap. 49. libr. 3. differens de Maro, ita inquit: *Marum herba cognita vulgo, Surculoſa, flore Origani, folijs multo candidioribus, flore odoratiore. Vim habet Syſimbrio ſimilem.*

Mandragorę vicequid

Sexto libro de ſimplicium medicamentorum facultatibus Galeni verba, quæ ſequuntur ſunt: *Dorinium tēperamento papaveri ſimile eſt, & Mandragoræ, ac quæcumque parem habent refrigerandi potentiam.*

Maceris vice quid.

Avicenna lib. 2. cap. *694.* nomine Taliſifar medicamētum ſcripſit, quod Græcorum Macer eſt. Cuius vim Galenus Myrtho tribuit, ſi verba quę lib. 8. de ſimp. medic. facul. & 7. eiuſdem tractationis agens de Myrrhine, & Macere ſcripſit ipſe, confers, id tibi evidenter apparebit.

Macis vice quid.

Membrana, quæ Moſchatam nucem amplectitur, Macis appellatur. Cuius inopia ex recentiorum Authorum non nulli nucem ipſam, & non abs re recipiunt; nam ſi guſtu odoreque indicantur, mea ſententia ſimiles facultates habent.

Molybdenę vice quid.

Galeni verba quæ lib. *9.* de ſimplicium medicamentorum facultatibus literis mandavit, hæc ſunt: *Molybdena ſimilem Lithargirio vim poſſidet.*

Mororū ſucci vicequid

Galenus cap. 1. lib. *6.* de compoſ. Pharm. ſecundum locos, ita inquit: *Cæterum pro Mororum ſucco, conijcitur etiam Mororum Rubi ſuccus.*

Mumiæ vice quid.

*Mumia* (inquit Avicenna cap. de Mumia) *eſt in virtute Picis, & Aſphalti commixtorum.*

Mei vice quid.

Mei Athamantici vice radices Dauci ſubſtitui poſſunt nam facultates quas Galen. lib. 7. de ſimp. medic. facult. Meum habere ſcripſit, has lib. 6. eiuſdem tractatus Dauci radicibus tribuit. Ex recentioribus nonnulli mei loco Cyperi radices ſubſtituere.

Medullæ Cervine vice quid.

Galenus cap. 5. lib. 4. de comp. medic. ſecundum genera Vitulinam pro Ceruina medulla ſubſtituit dicens: *Verùm multò vtilius medulla Cervina induratis Vulnerum oris adhibetur, quæ ſi non adſit, Vitulina; ſin vtraque deſideratur, humida quædam, & non acris Reſina.*

Meliloti vice quid.

Melilotum verum nullis reclamātibus notis huius Curiæ circuitu propè torrentum margines naſcitur; ſed nō omnibus annis, vt noſtra Pharmacopæa de emplaſtro huius herbæ agētes ſcripſimus. Cuius penuria Meſues authoritate Chamæmalum ſubſtituēdum, qui de Meliloti oleo differens: ita inquit: *Oleum de Meliloto confert ſicut oleum de Camomilla, & fit ſicut illud.*

Myſi vice quid.

Quid Myſi inopia accipiendum ſit, agentes de Chalcitidis ſuccedaneo ſcripſimus.

## N.

Nardi vice quid.

PLinius cap. 13. lib. 12. Aſarū pro Spica Nardi ſubſtituit, dicens: *Nardi vim habet Aſarum, quod & ipſum aliqui ſylveſtre Nardum appellant.*

Nitri vice quid.

Pro Nitro Plinius cap. 2. lib. 14. fęcem vini, id eſt Tartarum ſubſtituit, vbi ait: *Et fæx vini ſiccata recipit ignes, ac ſine alimento per ſe flagrat. Cinis eius Nitri naturam habet, eaſdemque vires, &c.* Avicenna de Sale canone 2. differens inquit: *Et Sal quidem eſt proximus Baurach, hoc eſt Nitro.*

Nucis Moſchatæ vice quid.

Avicennæ verba cap. 506. lib. 2. hęc ſunt: *Loco eius ponitur Spicæ æquale pondus, &c.* Sed noſtra ſententia (vt de Mace differentes diximus) eius vicem rectè Macis ſupplet.

# O.

Ocimi citrati vice quid.

OCimi citrati vice Meliſophilũ ſubſtituunt iuniores , & iuſta ratione , quia ſimiles ferè facultates hæ plantæ poſsident.

Oculorum Populi vice quid.

Oculi Populi folia tenerrima ab Hiſpanis Capillo , & Yema , Latinis Gemmæ, Græcis nominata, & primæ germinationis in planta argumentũ, quæ augmenti initio concavitate quadam oculorum formam repræſentant, vnde nomen mea ſententia oculorum eis datum eſt. Quorum penuria Galen. in Pharmaco piſcatoris 32. Sampſuchum ſubſtituit, ita dicens : *Populi nigri ſurculorum libram vnam, qui cum non adſint , Sampſucho vti oportet, duplum illius adycientes.*

Oleaſtri vice quid.

Sylveſtris Olea, quam Latini Oleaſtrum vocant, & alij Olivam Æthiopicam, Hiſpanique Azebuche, multis in ſylvis frequentiſsima eſt. In cuius defectu Dioſcorid. cap. 139. lib. 1. foliorum Sativæ ſubſtituit , ita dicens: *Foliorum Sativæ oleæ eadem vis intelllgitur , ſed aliquantò inferior.* Et cap. 126. dicti libri agens de quam Latinis Tiliam appellant, inquit : *Huius folia aſtringunt , ad eadem vtilia ad quæ Oleaſter, cum aſtrictione eſt opus.*

Omphanci inſpiſſati vice quid.

Omphancium vuarum acerbarum, nondum matureſcentium ſuccus eſt inſpiſſatus. Cuius vice Galenus libro ſexto de compoſ. Pharmacor. ſec. locos, capite de mediorum pharmacorum compoſitione Rhois ſuccum ſubſtituit dicens: *Quod ſi non ſit Omphancium, pro ipſo Rhois ſuccum inyce.*

Olei veteris vice quid.

Galenus lib. 1. de comp. pharm. ſecundum locos , cap. de medicamentis compoſitis ad alopecias, lucernarum oleum veteris vice ſubſtituit, cuius verba hæc ſunt. *Cæterum oleum lucernarum non ob aliam rationem aptum eſt, quàm quòd magis tenuium partium exiſtit, id quod ipſi ex lucerna , in qua veluti coquitur, accidit : fitque tùm veteri , tùm cicinio ad ſimile , veluti ſi etiam aliàs ad ignem velis oleum calfacere.* Et libro. 2. de compoſ. medicam. ſecundum genera, cap. 12. & 6. de ſimplic. medicam. facult. inquit: *Sic oleũ Cicinum pro veteri vſurpato.*

Olei muſcellini vice quid.

Pro Oleo muſcelino Bernardus de Senio (vt alij recentiores Medici) Rutaceum accipit.

Olei Omphancini vice quid.

Olei Omphancini inopia , Oleum ex ſurculis Olivarum paratum aut Hiſpanicum ſubſtituit Galen. lib. 6. de ſimp. med. fac. vbi inquit : *Quin etiam quicumque in præparando ramos inyciunt , ij & ipſi Omphancino ſimile Oleum efficiunt. Cæterum rogandum nõ eſt, quo pacto ſit præparatum, ſed guſtandum eſt potius , ac ſi præferat aſtrictionis quippiam eatenus etiam frigidum eſſe exiſtimandum , ceu illud , quod ab Iberia portatur , quod Hiſpanicum nominant.*

Opij vice quid.

Dioſcorides cap. 68. lib. 4. Hypecoi ſucco ſucci papaveris naturam dedit, dicens : *Natura eadem , quæ papaveris ſucco , &c.* Meconium etiam (vt noſtra Pharmacopæa de Philonio agentes Perſico diximus ) pro Opio ſubſtitui poteſt.

Opopanacis vice quid.

Galenus lib. 2. de arte curativa ad Glauconem in Schirri curatione Opopanacis loco Ammoniacum , aut Galbanum, vel Sagapenum ſubſtituit. Avicenna verò canonis 2. cap. 531. ita ait: *Et æſtimo quod Armoniacum eſt ei propinquum.*

Oſſis è corde Cervi vice quid.

Oſsis è corpe Cervi inopia, Margaritarum, aut Monocerotis cornu pulvis ( vt libro quadrupedum agentes de hoc animali ſcripſimus) accipiendus.

Palmæ vice quid.

Meſue in vnguenti alij Palmei cõpoſitione, ita inquit : *Et loco Palmæ poteſt poni radix Cannæ, &c.* Nonnulli eorum qui hac noſtra tempeſtate opera ſua typis excuſa ad lucem edidere, Myrthum , Salicem , vel Vlmum Palmæ loco ſubſtituunt.

Panacis corticis vice quid.

De Liguſtico Dioſcorides lib. 3. differẽs, ita inquit: *Liguſticum Panaces incolæ non abs re appellant, quoniam & radice , & caule Heracleotico Panaci ſimile ſit, & viribus eiſdem præditum.*

Paſtinacæ ſylveſtris vice quid.

Paſtinaca ſylveſtre deficiente (vt noſtra Pharmacopæa ſcripſimus ) Sa-

tiva

tiva ſubſtituenda, de cuius hiſtoria Dioſcorides cap. 59. lib. 3. differens, verba hæc ſcripta reliquit: *Sativa ad eadem pollet, inefficacior tamen, & cibo aptior.*

Petroſelini vice quid. Pro Petroſelino, authoritate Galeni lib. 7. de ſimplic. med. facult. Ciminum, Aniſum, Liguſticum, & Carum ſubſtituere quisvelit, poſsit. Cymini ſemine (ipſe inquit) maxime vtimur, quemadmodum Aniſi, Liguſtici, Cari, & Petroſelini. Eſt vero & facultatis excalfacientis ex tertio ordine, ſicut illorum vnumquodque.

Pepli vice quid. Peplos planta eſt, quæ ab herbarijs Eſula rotunda appellatur, cuius hiſtoriam Dioſcorides cap. 168. lib. 4. ſcripſit, & ſequēti capite plantam, quæ Peplis appellatur, pro ea ſubſtituit, dicens: *Colligi & reponi, ac dari uti Peplos, & Sale condiri ſolet. Eaſdem habet vires.*

Pelecij vice quid. Planta quæ à Latinis Securidaca vnguentarijs Authore Dioſcoride capite 146. lib. 3. Pelecium vocatur. Huius ſeminis vice ramuli ipſius ſubſtitui poſſunt, Galeni doctrina, qui libro 6. de ſimpl. med. facult. hæc literis verba mandavit: *Huius fruticis ſemen amarum, & ſubacerbum apparet. Quamobrem potum gratum eſt Stomacho & viſcerum obſtructiones expurgat. Idē præſtant totius fruticis ramuli, &c.* Ex recentiorum nonnulli Authoribus Nigelam vulgarem eius vice accipiunt.

Pōpholigis vice quid. Pompholigis inopia iuniores Medici Cadmia vtuntur, de qua Galenus libro 9. de ſimpl. medicamentorum facultatibus differens, ita ſcripſit: *At eius, quæ combuſta eſt aliam Botritin, aliam Placitin Medici nuncupāt: Botritim quidem, quæ in editioribus domorum, in quibus fornaces extructæ ſunt parietibus colligitur. Placitin vero in inferioribus. Ac liquet ſane Botritin partium eſſe tenuiorum, craſsiorum vero Placitin, id eſt Cruſtaceam, vtramque autem vim dsiccandi, ceu alia metallica omnia, & lapidoſa, terrenaque.*

Piperum vice quid. Piperum genera tria in Medico vſu extant, ſcilicet, album, nigrum, & longum. Ex quibus album acrius Authore Galeno libro octavo de ſimplicium medicamentorum facultatibus, vbi ita inquit: *Porro fructus, qui velut Omphax eſt, Piper album eſt, nigro quidem acrius, &c.* Qua ratione album, quam nigrum acrius ſit, mea ſententia eſt, quia in acutis medicaminibus calor vehemens, & facile inflammabilis temporis curriculo evaneſcit, & acrimonia in reliquo obtunditur. Vnde Ariſtoteles in Problemis interrogat, Cur tenues Radiculæ acriores ſint? & ipſemet cauſam redens inquit: *An quod ampliores ſpatio temporis longiori plenius concoctæ miteſcunt, &c.* Piper vnum ex tribus alterius vicem ſupplet, Authore Galeno libro 4. de ſanitate tuenda, vbi de Pipere longo agens, ita ait: *Quod ſi eius facultas non eſt, vtique albo vtendum, quippe quod ſupra duo reliqua genera ventrem roborat: ſi hoc non adeſt, optimum nigrum petendum eſt, id vero fuerit, quod pondere præcellit, &c.* Dioſcorides etiam de Piperibus cap. 189. lib. 2. differens, ita inquit: *Vis omnium excalfacit, vrinam ciet, concoquit, extrahit, diſcutit abſtergit, caliginemque oculis obverſatur.* Hęc Dioſcorides. Aetius cap. 19. lib. 12. de ſimplicibus, quæ in Theriacen immittuntur agens, ita ait: *Piperis albi drachmas ſex, aut nigri loco eius drachmas novem, &c.* Et cum in omni genere plantarum, & animalium nigra albis calidiora ſint, drachmas novem Piperis nigri pro ſex albi accipere, inconſonum rationi videtur. Sed id non abs re fecit, nam ratio eſt (vt non diximus) quia cum acre Piper naturæ ſit, plenius concoctum miteſcit, Zingiber etiam Piperis vice ſubſtitui poteſt. Dioſcoridis authoritate, qui capitis 190. libro ſecundo fine verba ſequentia literis mandavit: *In ſumma Piperis viribus reſpondet.*

*E Pice fit* (inquit Dioſcorides cap. 69. lib. 1.) *quod Piſsolæon appellant, ſeparato liquore aquoſo, qui ſupernatat Pici, ſicut ſerum lacti. Quas Pis liquida præbet vtilitates.* Picini olei vice quid.

Pulegio deficienti Dictamnum ſumitur, ad cuius rei rationem Dioſcoridis. Pulegij vice quid.

ridis authoritas ſatis ſit, qui cap. 37. lib. 3. ita de Dictamno diſſerens, ait: *Præſtat omnia quæ ſativum Pulegium, ſed efficacius multò: nam non potum modò, ſed appoſitum quoque, aut ſuffitum defunctos partus eijcit.*

Pyraſtri, id eſt Pyri ſylveſtris vice quid.

De Pyris cap. 168. lib. 1. Dioſcorides diſſerens in hunc modum, inquit: *Pyrorum multa genera, quæ tamen omnia aſtringunt: Proinde adduntur convenienter in repellentia cataplaſmata. Decoctum è ſiccis, & cruda ipſa aluum ſiſtunt, ieiunos eſitata lædunt. Achras Pyraſtri genus eſt, quod tardiſſimèematureſcit. Vim Pyro adſtringentiorem habet, & ad eadem convenit: ſtringunt etiam eius folia.*

Praſij vice quid.

Marrubium, à Græcis Praſion, Barbaris Marmacur. Eius vicem Melyſſophilum habet, vt ex Galeni verbis colligitur, qui lib. 7. de ſimp. med. facult. ita inquit: *Melyſſophilum Marubio ſimile eſt facultate, ſed plurimum ab eo vincitur. Quamobrem ne vtitur eo quiſpiam. Supervacaneum ſiquidem foret præſente Marubio, cuius tantus eſt vbique terrarum proventus, velle vti Melyſſophillo. Cæterùm ſi cui fortè ad manum quandoque Marubium non fuerit, illo vti liceat, modò non exciderit, quanto ab hoc exuperatur.*

Pæoniæ vice quid.

Huius temporis Medici Pæoniam fœminam, pro mare ſubſtituunt: & Nicolaus Myrepſus Alexandrinus, radicum vice ſemen Antidoto 333. vbi ita inquit: *Amomi drachmam vnam, Croci drachmas duas Pæoniæ radicis, aut ſeminis, &c.*

# Q.

Quinque folij vice quid.

ALexander Trallianus cap. 4. lib. 9. hæc verba ſcripſit: *Quòd ſi quinque folij radicis copia non adſit, Eringi decoctum plurimum potu proficit.*

Quercus vice quid.

*Fagus & Ilex* (inquit Dioſcorides cap. 145. lib. 1.) *Quercus generi aſſignantur, & conſimile munus obeunt. Folia omnium tuſa, & trita tumoribus proſunt, & imbecillas membrorum partes corroborant.*

# R.

Rhapontici vice quid.

QVid Raponticum ſit, hoc in opere de Rhabarbari electione diſſerentes diximus. Cuius vice Centauri maioris radix, aut Symphiti Aetij authoritate cap. 57. lib. 8. accipiendæ: qui loco citato ita ſcripſit. *Quòd ſi non ſit Rheon, Centauri maioris radicem contuſam & cribratam inijce vncia pondere, aut eedem modo radicem Symphiti.* Ego verò Rhabarbari infuſi reſiduum eius penuria apponerem: nam virtute deperdſta purgatrice; nimis enim Rhapontico viribus reſpondet.

Ribis vice quid.

Meſue diſtin. 6. de Syrupis agens de Rob de Ribes ita inquit: *Et ſcito quod herbæ acetoſa Rob eſt in virtute eius*

Rubricæ Lemniæ vice quid.

Galeni verba lib. 7. de compoſitione pharmacorum ſecundùm locos hæc ſunt: *Rubricæ Lemniæ drachmas duas, aut ſi hæc non adſit, Sinopicæ drachmas tres.* Ideò Dioſcorides cap. 112. lib. 5. *Rubrica fabrilis* (inquit) *ad omnia Sinopide inferior eſt.*

Ruſci vice quid.

Ruſci fructus vice eiuſdem radices & folia ſubſtitui poſſunt, de quibus Dioſcorides cap. 146. lib. 4. diſſerens, ita inquit: *Folia & baccæ in vino potæ vrinam cient, menſes pellunt, & veſicæ calculos frăgunt, ſtillicidio vrinæ medentur, dolores capitis ſanant, & regium morbum. Decoctum radicis in vino potum eoſdem præbet effectus.*

# S.

Sandarachæ vice quid.

DVplex Sandaracha, ſcilicet Grecorum, & Arabum eſt. Quæ Græcorum minerale, Arabum verò lacryma Iuniperi, ideoque compoſitionibus, Græcorum, & Arabum diverſè accipiendæ. Sandarachæ Grecorum vice Auripigmentum Dioſcoridis authoritate ſubſtituitur, qui capit. 122. lib 5. ita inquit: *Dos eadem & vſtio quæ Auripigmento, explet Alopecias reſina excepta, & Scabros vngues cum Pice eximit: contra Phthiriaſin ex*

*oleo*

*oleo efficax eſt.* Pro Arabum Sandaracha Succinum Serapio cap. 57. libri ſimplicium ſuorum quorumdam authoritate ſubſtituit, inquiens: *Sandarax, id eſt Vernix; Gummi eſt ſimilis Charabe in virtute ſua.*

Sennæ vice quid.

Senna eſt folliculus plantæ (authore Meſue ſection. 2.) Perſis dictæ Abal zemer: ideòque cum Senna abſque determinatione petitur, folliculi ſunt intelligendi, veluti plantæ ipſius pars præſtantior, præcipuè ex viride nigricant. Folia dictæ plantæ folliculorum vim ſupplent.

Spodij vice quid.

Spodia Græcorum & Arabum differunt, nam Græcorum ſpodium idē eſt, quod ab ærarijs officinarum pavimentis & fornacibus evenitur. Avicenna Canone ſecundo ſcripſit, ſuum Spodium eſſe Canarum adustarum cinerem. Pro Græcorum Spodio Cadmia, authore Dioſcoride cap. 84. lib. 5. ſubſtituitur, qui de ea diſſerens, ita inquit: *Hac ſpodij vice vtuntur.*

Spodij Arabum quid.

Arabum Spodij loco Roſæ ſubſtituendæ, hæ enim dotem ipſius habēt, vt ex Serapionis cap. 342. lib. ſuorum ſimplicium, & Avicennæ cap. 617. lib. & tract. 2. authoritatibus apertè conſpicitur.

Secacul vice quid.

Bauciæ conditæ (inquit Meſue diſtinctio 4. de conditis agens) valent ſicut Secacul.

Smyridis lapidis vice quid.

Aetius ſermone ſecundo tetrabili primo cap. 26. ait ita: *Pumex exterſoriam vim habet veluti Smyris, vſtus autem Tumex nihil inferior Smyride ad eoſdem vſus.*

Sebeſteni vice quid.

Sebeſten idem eſt, quod Myxa, aut Myxaria apud recentiores Græcos, de qua diſſerens Paulus lib. 7. ita inquit: *Myxa arboris fructus eſt, minor quidem Prunis, facultate verò ſimilis.*

Setaragi vice quid.

Setaragi (vt interpres Serapionionis expoſuit) Lepidium eſt, cuius penuria Naſturcium ſubſtituendum Galeni authoritate, qui libro de ſimplic. medic. facult. ſeptimo ita ait: *Lipidium ſimile eſt Naſturtio, tum odore, tum guſtu, tum viribus.*

Squammæ æris vice quid.

Squammæ æris penuria Stommomatis accipiendde B qua Dioſcorides cap. 9. lib. 5. agens in hunc modum ſcripſit: *Squammæ ex acie, aut mucronibus Decuſſæ, quam vocant Stommoma, eadem vis. Lavatur modo ſimili, & reconditur: ſed ad molliendam alui deiectionem inefficatior eſt.*

Sanguinis humani vice quid.

*Sanguis Suillus* (inquit Galenus lib. 10. de ſimplic. medic. facultatib.) *humidior eſt, & minus calidus: humano maximè temperie ſimilis, ſiquidem & carnes ſuum humanis ſunt ſimiles. Comperti enim ſunt hoſpites, & coqui complures, qui humanas carnes pro ſuillis venderent: tametſi qui eas ediſſent, nullum omninò diſcrimen percipere potuerint.*

Santalorū vice quid.

Santalus citrinus & albus (vt noſtra Pharmacopæa de Cerato Santalino diſſerentes, literis mandavimus) ex vna & eadem arbore colliguntur, ideòque arborum vnum alterius vicem habere viſum nobis eſt. Rubrorum vires Roſæ rubræ ferè ſimiles habent: cuius rei ratione eorum inopia accipiendæ.

Siſoni vice quid.

Siſoni vicem Aniſi ſemen præſtat, vt Paulus Aegineta lib. 7. ſcripſit.

Solani Hortenſis vice quid.

*Solanum* (inquit Aetius ſer. 1. tetrab. 1.) *hortenſe aſtringit & frigefacit ordine ſecundo: quod verò Halicacabum appellatur, in foliorum facultate ſimile eſt hortenſi, verum fructus eius vrinam ciet.*

Symphiti petrei vice quid.

Pro Symphito petreo Galenus lib. 8. de ſimplic. medic. facult. Symphitum alterum, ab herbarijs Conſolidam vocatum, ſubſtituit, dicens: *Symphitum alterum, puta magnum, ſimilem dicto vim habere: non tantum guſtantibus dulce eſt, nec odorantibus odoratum, ſed his ſanè à modo ſcripto diverſum eſt.*

Sileris vice quid.

Semen quod officinis Siler montanum, & ab Arabibus Siſeleos vocatur, cuius tria capita Dioſcorides Seſeli nomine ſcripta reliquit: quorum vnum Maſsilenſe reliquis præſtantius, etſi ſimiles omnia vires habent. Omnium officinæ noſtræ hoc tempore carent: eorumque vice Seſelium vulgare, vulgo Cominos ruſticos appellatum accipiunt, & non abs re, nam hoc

non

non ſolum effigie,ſed & viribus Maſſilenſi correſpondet.

Sempervi-vivi vice quid

Sempervivum à Nicolao in vnguenti Populei compoſitione Scutum cœli, & ab alijs Scatum cœli nominatur. Cuius tria apud Dioſcoridem capitibus 89. 90. & 91. lib.4. genera reperiuntur. Maioris & minoris abſentia vmbilicus Veneris alter, ab Dioſcoride ipſo Cymbalium dictum recipitur:de quo ipſemet author diſſerens cap. 93. dicti libri ita inquit: *Facit eadem quæ Sempervivum.*

# T.

Tribuli Marini vice quid.

TErreſtris Tribulus Marini vicẽ habet, de quibus Dioſcorides agens cap.15.lib.4. ita ſcripſit: *Vterque refrigerantis & inſpiſſantis eſt natura, ideo inflammationes omneis Cataplaſmate adiuvat. Vlcera in ore erumpentia, putredines, gingivas, tonſilaſque perſanat.*

Thymeleæ vice quid.

Aetius cap. 79. lib. 16. ita ait: *Fomentis vtemur ex aromatibus, quæ menſis eliciunt, & peſſis ſanguinem trahentibus, ex quorum numero hic eſt, Cruori, quod eſt grani Cnidij radix, aut illo non præſente Chamælea.*

Tithymali vice quid.

Galenus lib. 8. de ſimplic. medicament. facultat. ita ſcriptum reliquit: *Pithyuſa, & hanc quidem ſpeciem putant eſſe Tithymali, quod ſuccum habeat vt illi, quoque ſimiliter illis purget, cæteraque omnia viribus illis eſt adſimilis.*

Unicornij vice cornu quid.

Vicem cornu Monocerotis, id eſt Vnicornij, (vt libri de Quadrupedibus noſtri, cap.4. diximus) Lapis Bezohar, oſſa è cordibus Cervorum, Margaritæque ſupplent.

Uini Falerni vice quid

Ad Theriaces compoſitionem Galenus libr. Antidotorum primo vinum Falernum veluti inter omnes pręſtantius petit. Cuius vice Hiſpanicum, rufum, vetus, & odoratum, tenuis ſubſtantiæ, quale Oppido Eſquibias appellato colligitur, accipiendum.

# X.

Xylobalſami quid.

XYlobalſami inopia Matthiolus, Valerius Cordus, Bernardus de Senio, Franciſcus Alexander, & Authorum Medicorum alij, Agallochum ſubſtituunt, quod rationi non inconſonum nobis videtur. Alij Helenij radicem, cui ſimiles vires cum eis, quia Xylobalſamo dedit Dioſcorides, tribuunt: ſed ad movendas vrinas tantum, non ad reliqua, vnum ex duobus ijs, vice alterius ſubſtituendum: nam ſolum huic facultati ambo conveniunt.

# Z.

Zedoariæ vice quid.

ZEdoariæ veræ ac legitimæ loco vulgarem recentiorum Medicorum multi ſubſtituũt, quia duo hæc medicamenta ſimiles facultates habent.

Zorumbet vice quid.

Zurumbet Arabum ideſt, quod iuniorum Græcorum Arabum, ſi Pauli capit. 3. libr. 7. cum capite 271. libr. ſimplicium Serapionis conferas. Noſtra hac tempeſtate eo caremus. Cuius penuria Serapionis ipſius authoritate cap. 271. libr. dicti, Caſsia lignea, aut Cubebis vtemur: nam Conſodonij verba referens, ita inquit: *Et dixit Conſodonius, Si non habes Cinnamomum, pone pro eo Zurumbet.* Et antea. *Et eſt calidum* (inquit) *& ſiccum prope tertium gradum, & eſt in virtute ſua ſimile Caſsiæ ligneæ, & Cubebis*: & ad finem capitis Meſarugiæ authoritate, *Virtus eius eſt ſicut virtus Nucis Muſcatæ, verum eſt ſubtilior ea, &c.*

DE

# DE PONDERIBVS MEDICIS ac Romanis aliquot.

## SECTIO SEPTIMA.

ANTE quam operi huic vltimam (vt dicitur) manum imponam, operæ pretium mihi facturus videor, ſi pondera & menſuras, quibus frequenter vſi antiqui fuere, ſuccintè à drachma, quæ Græcis, exordio accepto perſtrinxerim.

Drachma quid. Drachma octava eſt vnciæ pars, triaque Scriptula habet: de qua Heſychius differens, ita inquit, hoc eſt, drachma octava pars vnciæ.

Scriptulū quid. Scrupulum, vel Scriptulum, quod à Græcis appellatur, duos Obolos continet: Gramma idem eſt quod litera, pro Scriptulo Græcis vſurpata, quia tot minutulis Scriptulum, vel granis conſtat, quod apud eos ſunt literarū figuræ.

Obolꝰ quid. Obolus dimidium Scriptuli eſt, ſextaque Drachmæ pars, qui ſiliquas habet tres. Ideoque Suidas, hoc eſt, Drachma ſex Oboli.

Semiobolus. Semiobolum etiam Græci appellant: qui quarta eſt Scriptuli pars, granaq; habet ſex; duodecima & drachmæ pars.

Siliqua quid. Siliqua, quam Græci appellant, frumenti grana quatuor pendet, & tricea ſunt intelligenda, cum abſolute petuntur: nam triticum inter frumenta habet, quæ vice nominis poſitio eſt.

Vncia quid. Vncia libræ duodena pars, octoque habet drachmas, ideoque Dioſcorides de ponderibus differens, ita inquit, hoc eſt, vncia vero drachmas octo, ſcriptula viginti quatuor.

Libra quid. Pondo quid. Cum pondo legitur abſque determinatione libra intelligenda eſt. De qua loco citato differens Dioſcorides in hunc modum ſcripſit, hoc eſt, libra autem habet vncias duodecim, drachmas vero nonaginta, & ſex. Quod Galenus cap.13.lib.4.de comp. phar.ſecund.gener. & alijs locis ſcripſit. Pondo (vt ad rem redeamus) ſi ſolum ponitur, idē eſt quod libra; ſed ſi alteri ponderis vocabulo ei adijcitur, vt pondo vnciæ, pondo drachmæ, tunc de vncia vel drachma intelligendum eſt, & ita de reliquis. Ad ponderales Græci, (nam apud Demoſth. pro libra & ponderibus alijs ſcribitur) ideſt pondere ad menſurales, ideſt, menſura addunt.

Mina medica quid. Mina medica vncias ſexdecim habet, ideo Galenus lib. 2. de comp. pharm. per gener. (inquit) id eſt, Mina autem vncias decem & ſex habet. Et cum res ſe ita habeat, exploratum enim erit, libram vncias duodecim, vnciam drachmas octo, drachmam Scriptula tria, Scriptulū obolos duos, Obolum ſemiobolos duos, Semiobolum Siliquam cum dimidia, Siliquā grana quatuor habere.

Faba Græca quid ponderis habet. Faba Græca (Antirrocha cap. 7. lib. 3. de ponderibus) pondus eſt duorum obolorum; idem inquit filius Serapionis cap.37. tractat.7. Antidotarij.

Fabę Ægyptia quid pōderis habet. Faba Ægyptia pondus eſt drachmæ vnius cum dimidia.

Nucis iuglādis pondus quale. Nux iuglans ſeptuaginta cum duabus pondus ſiliquarum habet.

Nucis Ponticæ pōdus quale. Nux Pontica ſiliquas decem & octo pendet.

Lupinorū pondus. Lupinorum grana quatuor Scriptulum pendere vnum, Fannius Nicandri interpres pennæ commendavit.

## DE ARABVM PONDERIBVS aliquot.

Kirat quid Kirat apud Arabes idem eſt quod Græcorum, & à Latinis Siliqua appellatur. Frumenti grana quatuor pendet, filio Serapionis cap. 37. tract. 7. Antidotarij Authore. Vſitatum fuit à Meſue doſibus Collocynthidis, Mezereonis, & Ellebori, vt ſuis capitibus, ſecundaque Sectione videre eſt.

Danic. Danic, à Græcis, dicitur: duas oboli tertias pendet, id eſt grana octo. Nam cum obolus pendeat grana duo decim, vt Danic pendeat grana octo verum eſt. Ideo Serapionis filius cap. 37. tract. 7. Antidotarij. *Et obolus* (inquit) *Danic vnum, & ſemiſſem.*

Onolofar. Onolofar, idem eſt qnod Obolus, & ideo pendet ſiliquas tres, hoc eſt grana duodecim, & ſcriptuli dimidium.

Semminem Semminem pondus eſt drachmæ vnius cum ſemiſſe, filio Serapionis Authore loco nunc citato.

Alconvani Alconuani (vt idem Serapionis filius loco dicto) pondus eſt trium vnciarum.

Almumeſi. Almumeſi, idem eſt quod Alcuathus, vnciam vnam, & ſemiſſem pendet.

Alcaubolo. Alcaubolo pondus eſt viginti & quatuor Siliquarum.

Aureus. Aureo vtitur Meſue doſibus ſim plicium, & compoſitorum medicaminum ſuorum, quod pondus idem quod Exagium eſt. Severi ævo Solidus. Solidus aureus duarum drachmarum pon dus erat: & tempore Iuſtini ſolidi au rei ſex vnciæ pondus faciebant; vnde Sextulæ, & Sextulares vocati fuere. Ideoque drachma cum ſcrupulo vno, Exagium. Exagium, id eſt aureum, vel ſolidum faciebat. Quo Meſue, & alij Arabes, ſuis compoſitionibus vtebantur: cuius rei ratione ex Auri libra ſeptuaginta & duo Aurei ſignabantur, qui drachmas nonaginta & ſex faciebant, vt ex lege quotieſcumque conſtat, cap. de ſuſcep. Præpoſit. & Arcarijs lib. 10. titul. 70.

Aureus Salernitanorũ Salernitanorum Aureus ex drachma & ſemiſſe componitur: & ratio eſt, quia eorum vncia drachmas habet novem, & drachma grana ſexaginta. Sed eorum pondera merito accurateque in Hiſpania à vſu Medico excuſſa fuere, quia abſque ratione, & fundamento ab ipſis inventa fuere. Nunc ad libræ diviſionem, aliorumque ponderum (vt ea quæ à nobis dicta fuere, facilius intelligantur) accedamus.

Libra diviſio. Libra dividitur in ſemiſſes duas æquas, trientes tres, quadrantes quatuor, ſextantes ſex, ſeſcuncias octo, vncias duodecim. Dividitur etiam in ſemuncias viginti & quatuor, duellas triginta & ſex, victoriatos centũ ſexaginta & octo, ſcriptula ducenta octoginta & octo. Libra dimidia, vel ſemis dividitur in quadrantes duos, ſextantes tres, ſeſcuncias quatuor, vncias ſex, ſemuncias duodecim, duellas decem & octo, Sicilicos triginta & quatuor, ſextulas triginta & ſex, denarios quadraginta & duo, victoriatos octaginta & quatuor, ſcriptula centum quadraginta & quatuor.

Vnciæ diviſio. Vncia dividitur in ſemuncias duas, duellas tres, ſicilicos quatuor, ſextulas ſex, denarios ſemptem, victoriatos quatuordecim, Scriptula viginti & quatuor.

Semunciæ diviſio. Semuncia dividitur in duellam vnã & ſemiſſem, ſicilicos duos, ſextulas tres, denarios tres cum dimidio, victoriatos ſeptem, ſcriptula duodecim.

Duellæ diviſio. Secatur duella in denarium, & ſextam alterius denarij partem, victoriatos duos & tertiam victoriati, ſcriptula quatuor.

Denarij diviſio. Secatur denarius in duos victoriatos, ſcriptula tria, & tres ſeptimas, ſcriptuli.

Victoriati diviſio. Secatur Victoriatus in ſcriptulum vnum cum dimidio, & tres decimas quartas ſcriptuli.

Scriptuli diviſio. Dividitur Scriptulum in ſemiſcriptula ſive obolos duos, ſiliquas ſex, grana viginti & quatuor.

Semioboli diviſio. Secatur Semiobolus in ſiliquas tres, grana duodecim.

Siliquæ diviſio. Dividitur ſiliqua (quia quatuor ha-

habet granos)in grana duo, quæ eius ſunt dimidium,& granum vnum,quod eſt quarta eius pars. Et quod dictum eſt de ponderibus magis vſitatis,ſatis ſit, vt ad aliquot menſurarum tractationes accedamus.

## MENSVRARVM ALIQVOT explicatio.

Menſuræ quæ appellantur.

MEnſuræ quibus metitur liquorum quodvis genus, ſicut Oleum, Acetum,Vinum,Mel, aquæ omnes, & reliqua fluida aridaque, vt frumenta,legumina, fructus, herbæ, & alia, appellantur. Sed cum per quam plurimæ menſuræ ſint, vt Romanæ, Græcæ,Medicæ, Georgicæ, Hippoiatricæ, & aliæ multæ, de eis, quæ Pharmacæutices arti magis conveniunt, tantùm diſſerendum à nobis eſt, exordio à Metrete accepto.

Metretes.

De Metetre Nicandri interpres ita inquit, hoc eſt, *Metretes capit Sextarios ſeptuaginta & duos, &c.* Menſura hæc Metretes,id eſt à metiendo dicitur.

Chus,vel Chocus.

Chus (qui Chocus etiam appellatur,& à Romanis Congius) Sextarios ſex capit,vt ex Cleopatræ authoritate videre eſt, quæ lib. de ponderibus, & menſuris hæc verba ſcripſit, id eſt, Chus habet menſura Cotilas Atticas duodecim, Sextarios verò ſex.

Sextarius ab Arabib' Kiſt.

Fannius diſſerens de Sextario hæc carmina ſcripſit.

*At Cotylas quas ſi placeat dixiſſe licebit*
*Heminas,recipit geminas Sextarius vnus.*

Cotyla,vel Hemina.

Menſura hæc à Græcis, Romanis Hemina appellatur,de qua Cleopatra libro nunc citato, ita inquit: Id eſt Tryblion eandem,quam Cotyle menſuram capit, & eſt menſura Cyatorũ ſex. Apud Græcos appellatur, etiam, medius ſextarius.

Hemina.

Hemina regionum ratione differt, ſed Attica, id eſt medica novem vncias capit, de qua in vſu medico abſolutè petita intelligendum eſt;& Heminæ duæ faciunt vnum ſextarium ab Arabibus Kiſt appellatum.

Kiſt quid.

Quartarius à Grçcis,dicitur;quartaque pars eſt Sextarij, & fluidorum menſura, (inquit Heſchinus) hoc eſt. Quartario menſura humidorum.

Quartarius

Cyathus Conchas duas minores capit, de quo Cleopatra lib.iam citato differens, ita inquit, hoc eſt, minor Concha capit menſura quidem ſemicyathum. Duodecimam ſextarij partem,id eſt vnciam vnam,& ſemiſſem capit, eſt Heminç ſexta pars. Nunc diviſionem dictarum menſurarum dicamus.

Cyathus.

Metretes capit Chocos duodecim, Sextarios ſeptuaginta & duo, Cotylas centum quadraginta & quatuor; Chus,vel Chocus capitSextarios ſex, Cotylas duodecim, Quartarios viginti & quatuor, Oxybapha quadraginta & octo, Cyathos ſeptuaginta cum duobus, Conchas centum quadraginta & quatuor. Sextarius capit libram vnam, & ſemiſſem, Cotylas, vel Heminas duas, Quartarios quatuor, Oxybapha octo, Cyathos duodecim, Conchas viginti & quatuor, Myſtra quadraginta & octo, Chemas ſexaginta, Coclearia centum & viginti. Cotyle capit Quartarios duos, Oxybapha quatuor, Cyathos ſex, Cotylas duodecim, Myſtra viginti & quatuor, Chemas triginta, Coclearia ſexaginta.

Quæ quantitas comprehendit vnaquæque hic menſuratum dictarum.

Quartarius capit Oxybapha duo, Cyathos tres, Conchas ſex, Myſtra duodecim, Chemas quindecim, Coclearia triginta. Oxybaphum capit Seſquicyatum, Conchas tres, Myſtra ſex,Chamas ſeptem cum dimidio, Coclearia quindecim. Cyathus capit vnciam & ſemiſſem, Conchas duas,Myſtra quatuor, Chemas quinque, Coclearia decem. Concha capit Myſtra duo, Chemas duas cum dimidia, Coclearia quinque. Myſtrum capit Chemam vnam,& quartam ipſius partem, Coclearia duo cum dimidio. Chema capit Coclearia duo.Coclearium měſurarum minimum eſt.

Libra menſuralis.

Iam de ponderali libra iudicium no-

noſtrum facimus, tunc animadvertendum eſt, libram Romanam veluti Græcã duodecim vncias habere, quatuorque nominibus ſignificari, quia nominibus libra, æs, ſolidus, pondo abſolute ab antiquis vocabatur. Liquida libris, & vncijs ponderalibus menſurabantur. libraque Olei vncias decem, vncia vero drachmas ſex, & Scriptula duo capiebant: quod ex Galeni authoritate, c.18.lib.6.de comp. medic. per genera comprobatur, vbi ita ait: *Ego vero vbi libram Romæ vocatam, quam per inciſuris diſtinta cornua metiuntur, ponderavi quandoque, diſcere cupiens, quantum gravitatis pondus contineret: inveni duodecim olei menſurales, decem vncijs ponderum æquales, &c.* Differentia inter libras, & vncias ponderales, & menſurales eſt, quod ponderales corporum decernunt gravitates: menſurales vero liquidorum moles, & ita de alijs ponderibus & menſuris intelligendum eſt; nam pro vna tantum forma metiendi, & ponderis, reliqua ab acutorum ingeniorum hominibus intelliguntur.

Menſuræ herbarum. Herbarum menſura eſt faſciculus à Græcis, & quæ brachio complicato comprehenditur, & hac nota F. ſcribitur.

Manipulus quid. Manipulus à Græcis, & proprie ſignificat manualem herbarum faſciculum, quem manu quis apprehendit metendo, & hac nota M. ſignificantur.

Pugillus quid. Pugillus appellatur id quod manu, digitis ſimul in extremitatibus compreſsis ſumitur, cuius nota hæc eſt P.

Mica quid. Mica etiam è genere menſurarum eſt, qua Galenus lib. Antidotorum ſecundo, in Antidoto Prophylactico Apollonij vſus eſt, vbi id eſt Micam Salis iniciendam aſſerit, etiam dicitur, cuius vice grano nonnulli vtuntur. Et quæ dicta de ponderibus à nobis, & menſuris ſunt, ſufficiant. Si aliquid ad publicam vtilitatem contulerimus, hoc bonitati Dei tribuendum eſt; nam vix quidquam tam vtile, vix tam facile, quod ad plenum intelligat homo. Cunctæ res difficiles, & non poteſt eas explicare ſermone. Qui enim magis intelligit magis dubitat, & ille videtur ſibi plus ſapere, qui plus decipit: vnde intelligendum, quod eſt pars ſcientiæ, ſcire quod neſcit.

## *SECTIONES SEPTEM, QVÆ HOC IN opere continentur.*


* Prima de Medicamentorum delectu, qui fit indicatione facta ab ipſorum eſſentia, loco, vicinitate vnius ad alterum, ſingularitate, & pluralitate, fol. 16.
* Secunda, de Modis quibus ars noſtra differentijs coctionis, infuſionis, ac triturationis medicamenta corrigit, fol. 23.
* Tertia, de ſimplicium medicamentorum purgantium à Meſue ſectione ſecunda ſcriptorum electionibus, fol. 46.
* Quarta, de medicaminum diverſis electionibus, quas diverſi, ac curioſi Authores ſuis ſcriptis mandavere, fol. 82.
* Quinta, de compoſitorum medicaminum, quæ in vſu magis ſunt, electionibus, animadverſionibuſque, fol. 96.
* Sexta, de Succedaneis medicaminibus ſecundum ordinem Alphabeti, fol. 103.
* Septima, de ponderibus Medicis, ac Romanis aliquot, fol. 121.

# INDEX.

## A.


ABSQVE prudentia nihil rectum, folio 3.
Abſinthij electio. fol.53
Abſinthium vulgare, Ponticum,& Romanum. fol.53
Actio à quo fit. fol.27
Acuti ſaporis vires. fol.11
Adianthi electio. fol.57
Adianthum vnde dictum. fol.58
Adianthi facultas. fol.58
Ad diſuriam pocio optima. fol.42
Ad lapidem vezoarē electio noſtra. folio. 83
Ad aſtha quid medicamentum optimum. fol.88
Ad actionem tria requiruntur. fol.27
Alborum temperies. fol.62
Agallochi, vel ligni Aloes electio. 85
Agaricus quomodo terendus. fol.45
Agarici electio. fol.60
Agaricus an ratione ratione rotundæ formæ laudandus. fol.61
Alconuani. fol.122
Alcabulo. fol.122
Alimentum à nutrimento quo differt. fol. 72
Aloes electio. fol.46
Aloes electæ odor qualis. fol.47
Aloes cur Amphidrachyon appellanda. fol.75
Aloes lotiones variæ. fol.32
Aloe cur labantur aromatum decoctione? fol.33
Aloes lotio, vt munda fiat. fol.33
Aloes ſecunda lavatio. fol.33
Aloes tertia lavatio cum aqua communi. fol.34
Aloes lotio aromatum decocto fit duplici cauſa. fol.34
Aloes aromatum decocto lavatio ſecunda. fol.34
Aloes lota,& non lota in hiera ſimplici. fol.35
Aloes lotio cum decocto valenter purgantium. fol.36
Aloes cur mucaginibus abluitur? fol.82
Aloes quomodo ſucco Roſarum, & infuſione Rhabarbari abluitur. fol.36
Aloeſque ſanguinem educit qualis? folio.47
Almuſi. fol.122
Ambra quid. fol.83
Ambræ electio. fol.82
Amari ſaporis vires. fol.12
Animal quid, & vnde dictum. fol.87
Animalium partes à quibus ſumendæ. fol.87
Antidotorum varia nomina, & differentia. fol.96
Antidoti præſtantiores. fol.97
Apri fulminum præparatio. fol.89
Arbor quid. fol.81
Argenti vivi purgatio. fol.96
Argenti electio. fol.95
Argenti vivi electio. fol.96
Ariſtolochiæ electio. fol.80
Ariſtolochiarum qualis prēſtantior. folio 80.
Armeni lapidis electio. fol.67
Armeni lapidis vice quid. fol.68
Artanita. fol.79
Aſſari electio. fol.58
Aſperi, & lenis iudicia. fol.10
Aſſatio quid, & eius terminus. folio 29.
Aſſationis officium. fol.26
Aſinaquę melius lac generat qualis. folio 73.
Aryſtolochiarum ſuccedania. fol.80
Arbor ſtiracis qualis. fol.80
Aureus Solernitanorum. fol.122
Aureus quid? fol.122
Auri electio, & eius vires. fol.94
Auri probatio. fol.95


## B.


BAurach, quid. fol.5
Been, & cum aſpiratione quid? fol. 67.
Been electio. fol.67
Been fructus arboris. fol.67
Brioniæ electio. fol.79


## C.


CAdmiæ electio. fol.37
Cantaridum electio,& præparatio. fol.87


Ca-

Caprarum electio. fol.52
Caprarum boni pactus. fol.52
Carbunculus non ſentit ignem. fol.91
Carthaml electio. fol.66
Cardamomi electio, & eius pars præſtantior. fol.83
Caſsia quæ antiquorum compoſitionibus inicienda. fol.51
Caſsiæ fiſtulæ electio. fol.50
Caſsiarum differentiæ. fol.50
Caſsia herba. fol.50
Caſsiæ lignæ electio. fol.84
Caſtorei electio. fol.87
Catapotia quid, eorum animadverſiones. fol.98
Caulis quid. fol.77
Caulis, & caudex, ad quas plantas pertinent. fol.77
Cæleſtia corpora in rebus faciunt. folio 20.
Centauri electio. fol.66
Cera quomodo labanda. fol.31
Ceratum quid, & eius animadverſiones. fol.98
Cervi genitale. fol.88
Ceraunia gemma,& eius probatio. folio 91.
Cerebellorum paſſerum præparatio. fol. 88.
Cicadæ ad quid. fol.88
Cinis quid. fol.43
Coloris diffinitio. fol.15
Chus, vel Chocus quid. fol.123
Collocynthidis electio. fol.61
Collocinthis curtenuiſsime terenda. fol.42
Color verus quid? fol15
Coloris diffinitio. fol.15
Coloris opiniones. fol.15
Coloris veri, & aparentis differentia. fol.15
Color quando iudex in medicinis. folio 14.
Combuſtilia quæ? fol.69.& 91
Conditiones ex parte ſubſtantiæ. fol.4
Conditiones diſpoſitionum. fol.4
Continuatio quid. fol.41
Coralorum electio,& vnde nomen. fol.92.
Corpus magnum quid. fol.22
Cortex quid. fol.60
Cortex duplex, & triplex. fol.60
Cortices quomodo à radicibus ſeparantur. fol.60
Cotyla quid. fol.123
Cranij hominis præparatio. fol.88
Craſſum quid. fol.4
Critus quomodo docuit medicamenta terere. fol.45
Croci Orientalis vice quid. fol.85
Croci electio. fol.85
Crocum quomodo terendum eſt. fol.35.
Crocum corroborandi vim habet. fol.35
Cucumeris agreſtis electio. fol.65
Ciclaminis electio. fol.79
Cyclaminis folia. fol.79

## D.

Danic quid. fol.122
Decoctio duplex. fol.23
Decoctio elixativa quid. fol26
Decoctio aſſativa. fol26
Decoctio vocata maturatio. fol.26
Decoctio quomodo facienda. fol.26
Decoctio ad quid. fol.23
Decoctum quid. fol.26
Decoctum hordei quomodo faciendum. fol.28
Decoctum in extremis quantitatibus fieri non poteſt. fol.28
Decoctio impetuoſa, & fortis reſolbit virtutem medicinarum. fol.25.
Dioſcorides, & Meſue, in electione ſagapeni conveniunt. fol.74
Duo præcipue conſideranda, ad faciendas recte decoctiones. fol.26
Denari diviſio. fol.122
Dioſcoridis locus reſtitutus. fol.18
Diverſitas locorum quid facit. fol.19
Diverſorum medicamentorum, diverſæ quãtitates, diverſis vaſis,vno igne quomodo coquẽdæ. fol.28
Dracumculi vice quid. fol.79
Dragma quid. fol.122
Dulcis ſaporis facultas. fol 13
Duodecim ſigna que. fol.55
Duelæ diviſio. fol.122
Durum quid. fol.10

# INDEX.


Durum ad ſi cum reducitur. fol.10
Duri iudicium. fol.10

E.

EBur, ad quid optimum. fol.88
Elaterij electio. fol.66
Elaterij duratio. fol.66
Eleborij electio,& fuſtes. fol.82
Electio quid. fol.47
Electarium vnde dictum. fol.96
Elementa omnia præter ignem grabia ſunt. fol.49
Embrocha quid,& eius animadverſiones. fol.101
Emplaſtrum quid, & eius animadverſiones. fol.100
Epithema quid, & eius animadverſiones. fol.101
Epithimi electio. fol.54
Epithimum non eſt flos thimi. fol.54
Errina quid, & eorum animadverſiones. fol.100
Eſulæ electio. fol.77
Euforbi electio. fol.74
Eupatori electio. fol.54
Eupatori genera. fol.54
Exagium quid. fol.122
Ex elementis quid. fol.22
Ex ſimilibus quid. fol.22
Exempla ad parandum de coctum ordei. fol.29

F.

FAba Greca quid. fol.121
Faba Egiptia quid fol.121
Farina quid,& vnde dicta. fol.43
Faſciculus. fol.124
Fiber quod animal. fol.87
Flores cordiales. fol.53
Folium quid. fol. 77
Foliorum electio. fol.77
Folia quo tempore decerpenda. fol.77
Fomentum quid,& eius animadverſiones. fol.101
Frigidiſsima, ſi odorata, ratione caloris odorem habent. fol.11
Frigidi effectus. fol.11
Frigida vnde odorem habent. fol.11
Frutex quid. fol.81
Fructus quid. fol.56
Fructuum electio. fol.56
Fructuum maturatio. fol.56
Fructus qui in maturi colligendi. fol.56
Fructus virides quam humiditatem habent. fol.56
Fructus,& ſemen quo differunt. fol.57
Fumariæ electio. fol.54

G.

GAllorum, & eorum iuris electio, folio 58
Gallorum ius, quomodo efficitur. fol.58
Glandes, quid,& eorum animadverſiones. fol.102
Gemmæ, quomodo terendæ. fol.46
Gemmarum probatio. fol.89
Geniſtę electio. fol.80
Granatorum electio. fol.92
Grave, quid. fol.4
Grave,& leve quid. fol. 49
Gummi quid. fol.74
Gummi,& Raſinæ differentia. fol.74

H.

HEmina quis. fol.123
Hepatis Lupi præparatio. fol.88
Hærbarum menſuræ. fol.124
Herba quid. fol.81
Herbæ quo tempore colligendæ. fo.55
Herbæ quatuor emollientes. fol.53
Herbæ capitales calidæ. fol.53
Herbæ capitales frigidæ. fol.53
Herbæ quatuor Hepaticæ. fol.54
Herbarum repoſitio. fol.81
Herbarum partes præſtantiores. fol.55
Herbæ Capillares. fol.58
Herbæ quæ florem, nec ſemen, nec caulem habent, quando colligendæ. fol.58
Herbæ quomodò ſiccantur. fol.81
Hermodactylorum electio. fol.63
Hiacynthorum electio,& ſpecies. fo.91.
Hiera ſimplex quomodo paranda. fo.35


Hi-

Hircini ſanguinis præparatio. fol.88
Humidi effectus. fol.10

I.

INfuſio quid. fol.39
Infuſio malitiam medicamentorum reprimit. fol.37
Infuſio medicamentis virtutem addit. fol.38
Infuſio quibus liquoribus fit. fol.39
Infuſionum ſcopij. fol.39
Infuſiones drachmæ vnius Rabarbari, Agarici, vel Collocynthidis quomodo faciendę. fol.39
Infuſio diverſarum rerum. fol.39
Infuſionis vice levis ebullitio. fol.39
Inſipidi facultas. fol.13
Iris qua regione præſtantior. fol.65
Iridis radicis electio. fol.65
Iridis Illyricæ vice quid. fol.65
Iunci odorati electio. fol.84
Iuncus ſuavis, & rotundus quis. fol.85
Iuris Gallorum electio. fol.58
Iridis radices quo tempore colligendæ. fol.65
Infuſio ad quid. fol.37
Infuſio facit, medicamenta eſſe lubrica. fol.38

K.

KArabe quid. fol.114
Karabe vice quid. fol.114
Kerba. fol.6
Kerbæ electio. fol.6
Kirat quid. fol.122
Kiſt quid. fol.123

L.

LAccæ lavatio. fol.32
Lacrymarum differentia. fol.74
Lacrymæ, quæ reſinoſam, & aquoſſam ſubſtantiam habent. folio 75
Lactis electio. fol.37
Lactis quantitas ad ſarcocolæ nutritionem. fol.73
Lacrymarum tertium genus. fol.75
Lacrymarum quartum genus. fol.75
Lapis, quid. fol.89
Lapidis vezoaris, electio, & forma. folio 93
Lapides an virtutes habeant? fol.90
Lapiduum genera. fol.89
Lapiduum, & lapidoſorum labatio. folio 70
Lapidis Armeni vice quid. fol.68
Lapidis Lazuli vice quid. fol.68
Lapidis Lazuli drachmæ 12. in conf. Alchermes inijciendæ. fol.68
Lapis Lazuli cordialibus medicaminibus non adurendus. fol. 68
Lapidis Lazuli lavandi modus. fol.69
Lavatio. fol.31
Lavationis effectus. fol.30
Leve ad humidum reducitur. fol.10
Lenitatis iudicium. fol.62
Leve quid. fol.5
Levis, & duri, aſperi, & lenis iudit a. fol.62
Libra quid. fol.121
Libræ diviſio. fol.122
Libra menſuralis. fol.123
Licoris quantitas ad diverſa medicamenta infundenda. fol.39
Lignum quid, & eius electio. fol.85
Linimentum quo difert ab Vnguento, & Emplaſtro, & vbi typographi negligentia ſcriptum eſt liquamentum, linimentum legendum. fol. & in margine, fol.99
Liquamenta ex radicibus quomodo fiunt. fol. 66
Liquamentum Centauri minoris quomodo faciendum. fol.66
Liquamenta, & Succi quo differunt. fol.76
Licoribus diverſis, medicamenta coquuntur. fol.26
Locus quid. fol.20
Locus ad generationem plantarum quid facit. fol.18
Locorum diverſitas. fol.21
Lupinorum pondus. fol.121
Luf electio. fol.78

M.

MAgnetis lapidis electio. fol.94
Manipulus quid. fol.124

Manæ

# INDEX.


Manæ electio. fol.51
Maſtiches electio. fol.86
Maturatio fructuum. fol.56
Medicámen ad Aſthma. fol.88
Medicamenti ſicci effectus. fol.9
Medicamenta minus maleſica purgantia. fol.14
Medicamenti humidi efectus. fol.9
Medicamenti frigidi efectus. fol.8
Medicamenta maligna quæ. fol.1
Medicamenta maligna ex accidenti. fol.2
Medicaméta quæ mediocriter purgãt. f.2
Medicamentorũ cõſideratio in ipſis eſt. f.3
Medicamenta maligna à ſalubribus quatuor modis diſcernuntur. fol.4
Medicamenta minus acuta,& amara, minus maleſica. fol.14
Medicamenta quæ ſuo temperamento,noſtro magis aſimilantur, ſecuriora, eis quæ ab eo magis ſeparantur. fol.9
Medicamenta potẽtioris virtutis quæ. f.5
Medicamentum omne duplicem habet ſubſtantiam. fol.5
Medicamenta quæ compreſsione purgant. fol.5
Medicamenta quæ ſimul aſtrictione purgant; graviora meliora. fol.5
Medicamenta quæ plena,& vacua inveniuntur,cur graviora meliora? fol.6
Medicamentum ſubtile,cur tenerum, ſi purum. fol.7
Medicamentorum friabilitas,& tenacitatis cauſa. fol.7
Medicamentorum 2.3.& 4. grad. calidorum effectus. fol.8
Medicamenta in calumiora, ratione temperamentorum. fol.9
Medicamenta ſecuriora. fol.9
Medicamentorum facultates. fol.103
Medicamenta deteriora quæ. fol.13
Medicamenta quibus de cauſis aduruntur. fol.69
Medicamenta in columiora quæ. fol.14
Medicamentorum electio temporis ratione. fol.16
Medicamentorum duratio. fol.18
Medicamenta quæ habent humorem ſuperfluum quibus locis coligéda. fol.19
Medicamenta cur aſantur. fol.25
Medicamenta quare decocuntur aquis, & ſuccis herbarum. fol.24
Medicamenta diverſas virtutes habentia,quomodo coquenda. fol.24
Medicamenta quibus non fit iuvãmentum per decoctionem. fol.25
Medicamenta quæ diverſas ſubſtantias habent quare miſcentur,&decoquntur.25
Medicamenta quomodo coquntur. fol.27
Medicamenta quæ lotionem non ferunt. fol.30
Medicamenta quæ in partibus ab ore diſtantibus operantur,quomodo terenda. fol.44
Medicamenta quomodo terenda, indicatione ſumpta avijs,& locis. fol.44
Medicamenta quæ diverſas ſubſtantias habent, ſimul teri poſſunt. fol.45
Medicamenta omnia deteriora. fol.77
Membra mineræ virtutuum. fol.3
Menſuræ quæ appellantur. fol.123
Metalum quid. fol.95
Metalorum materia. fol.95
Metalorum,& metalicorum electio. fol.95
Metretes quid. fol.123
Mezereonis electio. fol.77
Mixtio quid. fol.41
Mineralia quæ. fol.95
Mineralia à Planetis virtutes recipiunt. fol.95
Mixta perfecta quæ. fol.95
Mirabolanorum omniũ electiones. fol.47
Mirabolanorum nomina. fol.48
Monocerotis Equi,& Aſini cornua. fol.88
Moſchi electio. fol.83
Molybdenæ vice quid. fol.95
Mutationes accidentariæ. fol.4
Myrrhæ electio. fol.85
Myrrha prima. fol.85
Molę quid. fol.10


## N.


Nardi electio. fol.61
Nerborum,& venarum differentia. fol.61
Nil quid. fol.67
Nitri electio. fol.71
Nucis iuglandis pondus. fol.121
Nucis Ponticæ pondus. fol.121
Nutritio. fol.73
Nutritio ratione animalium ætatum differt. fol.72
Nutritio tranſumitur ad res inanimatas. fol.73


## O.

# INDEX.


OBolus quid. fol.121
Ocularia medicamenta quomodo te nenda. fol.44. ¶ Odor quid. fol.10
Odoris mali, & boni operationes. fol.10
Odore calor, & ſiccitas prędominãtur. f.10
Odores carent nominibus. fol.11
Oleũ quid, & eius animadverſiones. f.100
Oleum quomodo labandum. fol.31
Omnia tempus habent. fol.16
Opij electio. fol.87. ¶ Opij vice quid. 87
Opij genera. f.87. ¶ Opij adulteratio. f.87
Opiatæ compoſitiones qua mellis quantitate concinandæ. fol.97
Opopanacis electio. fol.76
Oſſa Lupij ad quid. fol.88
Oſsis de corde Cervi præparatio. fol.88
Oſsis de corde Cervi vires. fol.88
Oſsifragi venter ad quid. fol.89

P.

PAſtilli, & eorũ animadverſiones. fol.98
Peſus quid, & ei⁹ animadverſiones. f.102
Planetæ ſeptem quibus diebus dominantur. fol.55
Pinguedo quid. fol.75
Pilula quid, & eorũ animadverſiones. f.98
Planetarum dies. fol.55
Plantarum mores. fol.19
Plantæ quæ cominatæ, & quæ ſolæ præſtantiores. fol.22
Plantæ quid à terra atrahunt. fol.19
Plantæ certos locos amant. fol.20
Plantæ quando humores diverſos ſua natura amant. fol.20
Plantarum vicinitas quid facit. fol.19
Plantarum tria genera in motibus diverſa. fol.22
Plumbi vſti labatio. fol.37
Polipodij electio. fol.62
Pſilis ſemis electio. fol.57
Pſilium cũr pulicaria appellatur. fol.57
Pſilij duo genera. fol.57
Pulmonis Vulpis præpatatio. fol.88
Pulvis quid, & vnde dictus. fol.43
Pulveris partes craſiores. fol.43
Pugilus quid. fol.124
Prunorum electio. fol.56
Purgantium operationes quomodo meliores redantur. fol.44
Purgantium medicamentorum tria genera. fol.2

Q.

QValitates medicamentorũ vnde procedunt. fol.8
Qualitates quæ à temperamento ſecuntur. fol.4
Quæ quantitas licoris poſt decoctionem relinquenda eſt. fol.28
Quæ in medicamentis conſideranda. fol.3
Quæ medicamenta gravia, & quæ levia eligenda. fol.4
Quatuor herbæ hepaticæ. fol.54
Quæ ad decoctiones faciendas conſideranda. fol.26
Quinque cauſæ aduſtionis medicamentorum. fol.69
Quibus medicamentis fit iubamentum per decoctionem. fol.25

R.

RAdix quid. f.64. ¶ Radicũ electio. 64
Radix vnde à Græcis dicta. fol.65
Radices ſicas excortizãdi modus. 60
Radicum præſtantior pars. fol.60
Radices, & cortices quo tempore coligendæ. fol.64
Radices quinquę communes. fol.64
Radic. aromaticę quomodo repurgãdę. 37
Radices quæ non eluendæ. fol.64
Radices duæ communes. fol.65
Radicis Iridis electio. fol.64
Rarum quid. fol.4
Radices aromaticæ non abluendę. fol. 37
Raritas duplex. fol.49
Regis Philipi ſecundi ſantio. fol.43
Rabarbari, & ſcamoni tritura. fol.41
Rabet vnde aſumat diferentias. fol.49
Raſina quomodo labanda. fol.31
Rabarbari electio. fol.48
Rabarbarum benetritum, quomodo inteligendum. fol.44
Rabarbarũ vnde aſumat diferẽtias. fol.44
Raponticum, & turcicum idem. fol.49
Rabarbarũ ratione raritatis grabius. f.49
Ricini electio. fol.80
Roſarum electio. fol.52
Roſarũ diferentia, foliorũ numero. fol.52
Roſæ odoratiores ratione loci. fol.52
Rubinorum electio. fol.91
Raritas duplex eſt. fol.49
Raſinæ, & gumi differentia. fol.74

S.

SAl quid. fol.70. ¶ Salſi ſaporis vires. 12
Salis electio. fol.71


Sal

Sal quomodo labandus. fol.70
Salſus ſapor quid. fol.52
Sapor quid. fol.11
Saporum diferentia. fol.11
Sapor ad quid. fol.11
Saporum,& colorum extrema. fol.11
Saporum animadverſiones. fol.11
Saporum iuditium,ad inveſtigãdas medicamentorũ virtutes,nimis cõfert. fol.11
Scamonium humiditatem ſcrementiam habet. fol.21
Sagapeni electio. fol.74
Sarcocolæ electio. fol.72
Sarcocolæ nutritio. fol.72
Sebeſten, quid. fol.6
Sebeſten loco,quid accipiendum. fol.6
Scamonij electio. fol.59
Scamonium, cur pilulis fumariæ,& ſine quibus, diſolvitur. fo.42
Scamoninm ſubtiliter trium,egrotis non prebendum. fol.42
Scamonis duratio. fol.59
Sanguinis Draconis electio. fol.83
Scilæ electio,& ſpecies. fol.63
Scientia quid. fol.16
Scriptulus, quid,& eius diviſio. fol.121
Seminem. fol.122
Semi vnciæ diviſio. fol.122
Semi oboli diviſio. fol.122
Semi obolus quid. fol.121
Semen quid. fol.83
Semen album quomodo intelligendum, in manæ electione. fol.51
Semina in volucris incluſa, fructus appellantur. fol.57
Semina,& fructus,quo diferunt. fol.57
Semina quando coligenda. fol.84
Semina quatuor frigida maiora. fol.57
Semina quatuor frigida minora. fol.57
Semina quatuor calida maiora. fol.57
Semina quatuor calida minora. fol.57
Seminum electio. fol.84
Sanguinis hircini præparatio. fol.88
Seri lactis electio. fol.52
Serpentariæ pars præſtantior. fol.78
Serpentariæ vice quid. fol.78
Senæ electio. fol.70
Serici electio. fol.29
Sericum quomodo ad dia moſchi dulcis compoſitionem adurendum. fol.29
Sextarius quid. fol.123
Siliquæ diviſio. fol.121
Siliqua quid. fol.121
Solidus quid. fol.122
Solidum polipodium quomodo præſtantius. fol.63
Spiſum, quid. fol.4
Sternutamentum quid, & eius animadverſiones. fol.101
Smaragdorum probatio. fol.91
Stecadis electio. fol.53
Stechas vbi gignitur. fol.53
Stomatica diverſis rationibus,diverſe teruntur. fol.44
Stomatica,quomodotrita,purgantibus miſcenda. fol.44
Sucus quo alacrima differt. fol.76
Sufrutex quid. fol.81
Subtile quid. fol.4
Subſtantia quid. fol.4
Succedanea & eorum animadverſiones. fol.103
Succedanea literis abecedarij ſectione ſeptima adſunt. fol.103
Sucus quid. fol.76
Succi herbarum qui nominantur. fol.59
Succini electio,& vnde nomen. fol.93
Stiptici facultates. fol.15
Styrax calamita. fol.86
Stirax liquidum. fol.86
Stiracis electio. fol.86
Stiracis arbor,qualis. fol.86
Syrupus vnde dictus,& eius animadverſiones. fol.97
Sardonicos electio. fol.93
Sardonix vnde nomen. fol.93

# T

TActus,tangibilium iudex. fol.9
Tarantara quid,& vnde nomẽ. fo.46
Tempus quid. fol.16
Tempore tria tempora. fol.16
Tenax quid. fol.4
Tenerum quid. fol.4
Tenerum,& tenax à quo dependant. fo.7
Tenuiora quæ. fol.7
Terra quid. fol.43
Terra plantarum ſeminarium,& alimoniam habet. fol.20
Terræ lavatio. fol.43
Thamarindorum electio. fol.51
Thamarindorum,arboris effigies. fol.51
Thuris electio,& eius differentias. fol.86
Thuris adulteratio. fol.86
Theriaces medicamina,compoſitionem ingredientia,comodo terenda. fol.45

# INDEX.


Thea medis lapidis electio. fol.94
Topaciorum electio. fol.91
Torrefactio quid,& eius terminus. fol.29
Tria ad nutritionem requiruntur. fol.72
Tritura Rhabarbari,& Scamonij. fol.41
Triturationis triplex neceſsitas. fol.40
Tritura diverſorum medicamentorum cum ſimul teruntur. fol.45
Trituratio faciliter facienda. fol.41
Triturationis exemplum. fol.40
Triturationis medicamentorum quarta ratio. fol.42
Tritura ſcamonij. fol.42
Trociſcij vnde dicti,& eorum animadverſiones. fol.97
Turcarum vitæ mores. fol.49
Turpeti electio. fol.59

## V.

VEnarũ,& nerborũ diferentia. fol.61
Veratrum vnde dictum. fol.82
Victoriati diviſio. fol.122
Vicinitas in plantis quid agit. fol.21
Vicinus quis dicitur. fol.21
Vicinitas, ceparum,& alliorum,roſis, violis,& iridi optima. fol.22
Violarum electio. fol.53
Violæ lotionem non ferunt. fol.53
Virtus adſtringens cum purgatrice, quid facit. fol.5
Virtus duplex eſt,intenſiva,& extenſiva. fol27
Vncia quid,& eius diviſio. fol.121
Vnio localis plurium. fol.41
Vnctuoſitatis vires. fol.12
Viperarum carnes,temperamentum habent. fol.2
Vipera abſolute petita, qualis eſt intelligenda. fol.2
Volubilis electio. fol.58
Vſta ad quid labantur. fol.31
Vſtionis terminus. fol.29
Viperæ ad paſtilos viperinos. rol.73
Vrſi quo tempore non nutriuntur. fol.73
Vnguentum quid. fol.99
Vnguento, vnde nomen datum. fol.99
Vnguenta cõponendi,duplex ratio. fol.99
Vnguenta cerata,& emplaſtra ,quam ceræ quantitatem requirant. fol.99

## X.

XYloaloes quid,& eius electio. fol.85
XYlobalſami vice quid. fol.120

## Z.

ZOdiacus quid,& vnde dictus. fol.55
Zedoariæ vice quid. fol.120
Zurumbet vice quid. fol.120


FINIS.



[illegible]